

**IO** ¶ Quæ cùm ita sint , ideo Lycurgus id prudenter , vt cætera omnia, statuit, virginis sine dote nubere: ne propter opulentiam colerentur, vt tradit Plutarchus in vita illius, & in Apophthegmatis Laconicis: aut vt scribit Iustinus li.ij. (quod tamen in idem recidit) vt scueriūs matrimonia sua viri coercent, cùm nullis dotis frānis tenerentur. Quanquam scio, Aristotelem contrarium de eo scripsisse lib.ij.Politicō,c.vij.cum arguit leges Lacedæmoniorum, quarum lator Lycurgus ipse fuit, quid dotes magnas dari permetterent:cùm melius fuisset, aut nullam, aut paruam, aut mediocrem esse constitutas. Aelianus autem libr.vj.Varia Histor.priori sententiæ adstipulatur, scribens, legem esse Spartanis, vt matrimonia nulla dote intercedente contraheretur. Porro Solon, & ipse legislator, & vñus præterea ex septem Graciæ Sapientibus, ex matrimonii cæteras dotes sustulit, tres tantum vestes, & quadam parui empta vasa, aliud præterea nihil nuptam secum importare iubens: vt & tradit ipse Plutarchus in vita illius. Sed & Chilo, qui & ex septem Sapientibus fuit, monebat vxorem humilem, apparatu modico esse ducentam, vt scribit Laertius: ne scilicet pro vxore dominam domum acceras: de quo & nos paulò pōst dicemus. Quibus concinens Cato ille Censorius, quem vel vñum illis septem opponere possum, (si tamen is est, quod multi existimant: ego nunquam purauis) ita moneret:

Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis.  
Quem versum ita verit Græcè Planudes,  
mī wōrē λεγινής ἀλοχοῦ ἄγρας ὅπε φίενη.

**II** ¶ Itaq; qui vxorem ducunt ingenti dote & matrimonio referrā, aut aliás nobiliorē, iij iam non sunt domini, non superiores, non mariti, nō deniq; pares: sed potiū famuli, & inferiores, non vxores, sed dominas habētes: quales illi fuisse videri posse, qui (vt scriptum reliquerunt Iurisconsulti) vxores suas dominas vocabat, in l. vxorem, in prin. D. de leg.ijj. Peto (inquietab Bardus ille) à te domina mea, vbi Albert. id expedit, & in l. Titia. §. qui Marco. D. de annu.leg. vbi vir quispiam fracti (vt reor) atq; abieci animi nō dominā solū vxorem vocat, sed sanctissimam adiicit, vt & Albert. ibi no. & illum quoque tex.ad id expendit Bal. in l.vlt.col.i, vers. quid si testator. C. de indic. vidui. Similiter in l.vlt. §. vxori, vbi hoc ponderat Nicol. Neap. D. de aur. & arg. leg. & in auth. qui. mo. nat. effi. legi. §. illud quoq; vbi annotat Ang. nisi fortassis illi gratia honoris id ipsum faciebant, vt dicit Bar. conf. 2.4.4. fuit quidam de Afsisio, col. xl. & Lucas Pen. in l. quicunque, col. iiij. C. de re militi. xij. Sicut & Claudius Cæsar, qui, vt erat stupidi ingenii, non modò Messalinam vxorem dominam vocabat, sed & alias ciues Ro. dominos appellabat, autore Suetonio,

**12** ¶ Quanquam ea vxorum appellatio & à Græcis profecta videri potest, qui vxorem θέατρων, id est, dominam dicunt, vel teste Homero libr.ijj.Odyssæ, cùm dicit de vxore Nestoris:

Tεθνός θέατρων λέγεται πρωτεύειν εὐδάστην. Id est ad verbum,  
Huic vxori domina lectum parauit, & cubile. Et lib. vij. in fi. de vxore Alcinoi:  
Ἀλκίνων θέατρων λέγεται πρωτεύειν εὐδάστην  
πρώτη γυνὴ θέατρων λέγεται πρωτεύειν εὐδάστην.  
Alcinous autem dormiuit in conclavi domus alte:  
Iuxta autem vxori domina lectum parauit, & cubile.  
Menandro quoque in Plotio, apud Gellium lib.ij.c.xxiij.  
Ἔγει ἐγγύωσον εἴκει τε γυνὴ θέατρων. Id est,  
Tum me cunctis notum vt faceret vxori hera.  
Quod & ipsum tradit Epictetus Philosophus, & ipse Græcus, in eo libro, cui titulus est, Enchiridion, c.ly. vbi de officio & cura viri erga vxorem differens, Mulieres, inquit, statim à decimoquarto anno dominæ vocantur, his enim viri ob concubitus blandiuntur. Subdit tamen: Monendæ igitur sunt, apud nos in honore esse nihil ob aliud, nisi vt modestæ sint, & virum reuereantur.

¶ In

**13** ¶ In quem etiam sensum existimat Seruius dici posse illud Virgilianum li.vj.Aen. Et Latinis quoque.  
Hi dominam Ditis thalamo deducere adorū.  
Quanquam sunt, qui alio referant. Sed ad id referendum puto illud Catulli in Epithalamio Iulia & Malli:  
At domum dominam voca,  
Coniugis cupidam noui.  
Illud quoque Papini lib.j.Syluarum, in Epithalamio Stellæ & Violantillæ;  
Tu modò fronte roas violis, modò lilia mista  
Excipis, & domine niueis d' vultus obstat.  
Quamvis Aufonijs mulierum gener ille petitus  
Matribus, sed omni vixit dominique potensis  
Ferre ingum, & longos iusfi sperare per annos.  
Rursusque:  
Dulcia cum domine dexter connubia vultus  
Annuit, & cætera.  
Et illud Ouidij ad vxorem lib. Tristium ij.Eleg.item ij.  
Nuntiet huc aliquis dominam venisse, resurgam. Et paulò pōst:  
Nec domine lacrymis in nostra cadentibus ora  
Accedunt anima tempora parua mee.  
In quibus locis Ouid. vxorem dominam vocat. Et illud eiusdem in epistola Lao-  
damia ad Protephilium:  
Causa tua est dispar: tu tantum vivere pugna,  
In que pios domine posse redire sumus. Etrursum in eadem Epistola,  
Ille serens domine mandata recentia secum  
Pugnabit caute, respicetque domum.  
Item illud Iuuenal. Posthumum quempiam de vxore alloquentis,  
Ferre potes dominam, saluis tot restibus, ullam.  
Illud quoque Valerij Martialis lib. ii. in Paulam, epig. viij.  
Herebit domine vir comes ipse sue.  
Et lib. xij. in Baffum, Epigr. xvij.  
Vxor cùm tibi sit puerilla, qualem  
Votis vix petat impubibus maritus,  
Dives, nobilis, eruditæ, castæ,  
Rumpis, Basse, latus, sed in comatis,  
Vxor tibi dote quos parasti.  
Et sic ad dominam reverfa languet  
Mulieris mentula milibus redempta.  
Sed & Diuus Adrianus vxorem Nataliam dominam vocare solitus est, sicut & illa è diuerso virum dominum, id in eius vita referente Iacobo à Voragine: nō unquam enim & hos alioqui contemnendos autores citamus. Et è nostris Io. An. Mi-  
lanciam vxorem dominam appellat, tum in c. cùm secundum.col.j.de præb. tum in c. qui prior, col.pen.de regul.iur.lib.vj.in merc.

Diuus Adria-  
nus uxorem do-  
minam nō vocabat.  
Io. Andr. quoque.

**14** ¶ A quibus etiam illud, opinor, procescit, quid Itali, & Hispani, & magna pars Gal-  
lorum matronas vulgo Damas vocant. Quod tamen tractum posset videri ab ipsis  
quoque Græcis, quibus etiam vxor dicitur δέμας & δέμας. Nam Plinius alioquin  
gravis autor & antiquus lib. xxxij.c.ii.fœminas indiscriminatim dominas appelle-  
lat, cùm inquit: Et in serta margaritarum pondera è collo dominarū auro penden-  
tia. Et è nostris Accursius in l. i. ignorans. D. loca. cùm loquitur de domina more  
meretricio incidente, & in l. ad egregias. D. de iureiu.rursumq; in l. medicos, in ver-  
bo deduci, & iterum in verbo, exhiberi. C. de profes. & med. lib. x. In quibus locis de  
domina loquitur, id est, muliere, que, vt ait, inuita in iudicium deduci, vel exhiberi  
non debet, per tex. in l. j. C. de offi. ciuil. iudi. Et alia glo. sing. in c. odi. xxiiij.q. dicēs  
inibi esse arg. contra scholares, qui vadunt ad ecclesiæ, vt videant dominas. Sed &  
Bal. confi. ccclxxx. tam profundè, col. v. l. i. j. Et in isto (inquit) negotio ad commu-  
nione. Baldus.

Dame.  
Fœmine pos-  
sim dominæ uo-  
cantur.  
Plinius ita eas  
vocat.  
Accursius Glo-  
decreti.

**Angelus.** nem opinionem dominarum recurrentum. Et Angel. in l. vsufructuariū venari. **D.** de vsufru. ita scribit: Nota pro dominabus, quibus est reliktus vsufructus aliquius fundi, in quo est pabulum columbatum, vt possint capere & occidere eo modo, **Diuus Ioannes.** quo dicitur de feris inclusis. D. item Ioannes Euangelista, siue vt alij contendunt, Ioānes cognomine Presbyter, qui eodē ferme tēpore & ipse Christi discipulus fuit, in ij. Epistola catholica, Mulierem quandam nomine Eleātam, ad quam scribit, dominam non semel appellat. Et D. Hieronymus. aut alius (quod semper existimauit) in Regula sanctimonialium ad Eustochium, c.xvj. in prin. ipsam Eustochium dominam vocat. Et D. Augu. Florētinam, epi. cxxxij. Sed & statuta plerunq; ea appellatione vtuntur. Pisis est statutū, quōd non possint ad nuptias conuocari, nisi duodecim dominæ, vt refert Bar. in l. inficiando. §. infans, in f. & ibi etiam Ange. **D.** de furtis. & Io. Ana. in c.vl. col. x. vers. ex prædictis refert. ext. de collu. dete. & Fran. Are. in l. patris & filii. **D.** de vulg. & pupil. Et hoc omnia ex illo vers. itaque qui vxorem ducunt. demptis his, quā in hac, & alia proximè precedente editione addita sunt, Chaffenæus, ut sępē alias, ad verbum transcriptis in suum Catalogū gloriae mundi, parte ij. considera. xxxj. Posteaq; subdit, nō credere se, indistincte esse verum, vt omnes mulieres debeant vocari domina, quicquid audacter (inquit) Tiraquellus dicit. At tu Chaffenæ nimium audaculus es, qui me dicis scriptissime, quā contrā palam reprehēdo. Nam primū eos Bardos appello, assérōq; fuisse fracto & abiecto animo, stupidōq; ingenio, qui id fecerint. Deinde subiungo, Græcos id facere solitos, indēq; apud idoneos scriptores dominā pro vxore usurpari. Et hinc quoq; nationes quādam, & Plinium, & quādam ex nostris legum interpretibus feminas ita vocare: id quod & tu ad verbum, vt iam diximus, retulisti, ac desumpisti. Vnde igitur confidis, me sensisse feminas omnes ita vocandas? Certe si tu illud vocabulum, Bardus, intellexisses, non hāc tam temere effutisses. Sed vt ad te, Lector, sermonem meum conuertam, cūm ita scriptissimē, Peto (inquietebat bardus ille) à te domina, Chaffenæ pro eo vocabulo, Bardus, à te non intellecto, putans mendum esse, nomen Baldus, eius loco substituit. Idq; sēpissimē facit, cūm incidit in sententiam aut verba non intellecta, vt ex sexcentis locis illius Catalogi videri potest.

**15 Vir non teneatur uxorem uocare dominam.** ¶ Sed vt ad institutum reuertamur, illud inter legum Doctores satis conuenit, virum non teneri vxorem vocare dominam, præfertim si hunc appellationis titulum à viro sit consecuta, vt per Bart. in l. si iudex. **D.** de minori. & in l. si post mortem. §. vlt. in pe. quæst. **D.** de bonor. pos. cont. tab. & in l. pen. C. de dona. inter vir. & vxor. Nicol. Neap. in lec. ipsius Bar. in l. amicissimos. §. vlt. in f. ff. de excu. tut. Panorm. & Fely. in c. ex parte B. ille in f. hic col. j. **D.** de foro comp. Barb. in c. vlt. de ordi. cogni. & conf. j. col. xxij. & iterum col. xxv. li. j. & in tract. de præstan. Cardi. quæst. ij. col. i. j. vers. tertio facit. Socin. in l. omnes. **D.** de excepti. Iafon in l. cūm filiofa. col. iiij. versi. hinc videmus. & ibi. Anto. Bauer. in repe. char. viij. col. iiij. **D.** de leg. j. & Fely. in c. super eo. le. ij. in princ. extrā de testib. Bened. in repe. c. Raynuttius, in verbo, in codem testamento relinquens, le. i. num. 9. 9. de testa. Philip. Deci. in l. ij. col. ij. **D.** de reg. iur. Anto. Corse. in tract. de pote. & excel. regi. in xxx. q. Et hoc quoque caput impudenter surripuit Chaffe, vbi suprà, in versi. vlt.

**16 Septem sapientum sententias de uxore aquili ducenta.** Cleobuli. Solonis. ¶ Hec omnia cō tendunt, ne quis cupiditate, aut ambitione allectus, potentiorē se ducat vxorem. Nam eiusmodi fermē cōnubia inauspicata & infelicia sunt. Quibus addē, quod præcipiebat Cleobulus Lyndius, vñus ex septem Sapientibus, apud Demetrium Phalereum, Diogenem Laërtium, & Stobaeum, γάμον ἐν τῷ οὐσίᾳ, ἡ γάμος ἐν τῷ κρεοπόνῳ γάμος, θεατήτας, ηγετής τοῦ συγγένων πληροῦ. Id est, vxorē duciō ex aquilibus. Si enim ex potentioribus ducas, dominos, & non affines habebis. Sed & Solon, vñus quoque & idem primus ex illis Sapientibus, hoc idem præcepisse fertur. Ita enim illum loquentem inducit Aufonius:

Chilonis. Par pari ingato coniux: quod impar est, disiderat. Chilon Lacedæmonius, qui & ex illis Sapientibus est, illud quoque præcipiebat apud Laërtium, vxorem similem ducendam, γάμον ἐντελῆ πολλῆ. Alter autem refert

refert Stobæus Serm. 68. γάμος ἐντελῆς ηγετής πιλέψ. quibus significatur, nuptias humiles, siue malis, frugales & aquales esse celebrandas. Pittacus item Mitylenæus, & ipse ex Sapientibus, ab Atarnete adolescentē interrogatus, vtra sibi ducenda esset vxor: duas enim se expetere, alteram quidem opibus & genere parem, alteram vtraque in re excellentem. Monuit Scipione, quo nitebatur, clato, pergeret ad triuim ciuitatis, quōd pueri lufus causa conuenient: eos consuleret, quid factō opus esset, & quod illi dedisset consilij, id sequeretur. Sicutque factum esse, adolescentēque illum puerorum vocibus admonitum, aqualem altera præterita sibi duxisse. Pueri autem ludentes ex ludi legibus subinde clamabant, Tu tibi sume patrem. Quæ sententia hōc impensis placuit Pittaco, quōd ipse nobiliorem se duxerat, Draconis scilicet Penthili filij fororem, quæ illi immodicē superba erat. Autor Laërtius, qui & ipse refert, Callimachum, cūm suaderet Dioni, hoc Pittaci factum non incleganti Epigrammate celebrasse:

Ἐπί τοι ἀπαράτης οὐκ αἰνέτο πειθαρού θάτω,  
Τὸν μῆτιν λυσάσθι, ποιάδε τὸ γέρασθι.  
Ἄτα γέροντος με καλέει γάμος. οὐ μία μηδὲ δικαίη  
Νύμφη, καὶ ταλάντη λαΐς γενέντας έμει.  
Ηλίας ἔτρεγε προβεβηκε. τι λαϊον; εἴδε δέγεσσις μοι  
Βολευομένης ποτέρην εἰς ὑμεναῖον ἄτω.  
Εἴπει, δὲ σπιτωνα γεροβίου ὅπλον ἀσέρας  
Ηνίδη, λενοί τοι πάχη ερέσσην ἔπος.  
Οἱ δέ όπιτοι πληντοι δασάς βίβλινος ἔχοντες  
Ἐρεφουν ἐντέλης παῖδες εἰνι τριόδω.  
Κένουν ἔρχεται, φυσι, μετ' ἔρχεται. Χώ μηδὲ ἐπέση  
Πλοιού, δι Αἰγαίου, τὰς λαΐτας σαντὸν ἔλα.  
Ταῦτης ἀντὶ διενθετο ερέσσηται μέλισσαν ὕπος  
Δραγαδᾶς παῖδες ων λειάσθι σωθεντεντεν.  
Την δὲ διάτην, ὡς λενθετο, οὐ δικόν πατετε νήμην.  
Οὕτω καὶ σὺ Δίων τὰς λαΐτας σωτὴ ἔλε.

Quod ex Ambrosio interprete Laërtij paucis quibusdam immutatis ita vertimus:

Hospes. Atarnetes rogauit Pittacon olim  
Hyrradij natum, quem Mitylena tuli.

Magne senex gemine cupiunt mihi mibere, quarum  
Et generi atque opibus conuenit una mihi:

Altera præcellit. quid præstat, consule, dicoque,

Vtira ex his potius sit capienda mihi.

Hic baculum tollens altum, senis arma, profatur:  
Consilium pueri, quod petis, expedient,

Quies celer in gyrum iactatus verbere turbo

Aſſiduo lati vertitus in triujs

I. sequere illorum montis, sic fatur, at ille  
Accedit, referunt, tu tibi sume parem.

Que postquam audiuit, montis puerilibus hærens,

A magnis hospes abstinuit thalamis:

Atque parem paruas uxorem duxit in aedes.

Sicutque Dion posthac tu tibi sume parem.

Superbiā autem vxoris Pittaci maximē declarat, quod retulit Plutarchus in libro de tranquillitate animi: Cūm ipse aliquando conuiuas quosdam hospites suis accepisset, vxor superueniens mensam iracundē euerit. Sed vt semita in viam reuertamur, sententia quoque est Euripidis in Rheso:

Όντας εἰς εὐκάλπη μέλισσα γαμεῖν θέλω.

Nolim ex potentioribus me ducere uxorem.

Verba sunt Dolonis ad Hectorem, ei vxorem ex genere Priamarum offrentem.

Ad superbiam  
uxoris Pittaci  
redit.

Euripidis sen-  
tentia.

17 ¶ Ex nostris autem Barb. in d.l.i diuortio.col.pe.¶ de verb. oblig. & Nicol. Perusius consistorialis aduocatus, in tract. successionum ab intestato, in j. parte principali, in vj. specie filiorum, vers. secundus modus legitimandi, qui est in xluij.col. & Maria. Socin. consil. 35. circa prædictam.col. iij. huic sententia addunt calculum, & in eam citant finem illius carminis Ouidiani in Epistola Deianiræ ad Herculem, autore tamen Tacito:

*Si qua voles aptè nubere, nube pari.*

Et ante illos citauerant Bal. in authen. res quæ col. pen. vers. vlti. no. C. commu. de leg. & Io. Fab. in rub. Insti. de nuptiis. vbi & ipse monet, tria potissimum iis esse obseruanda, qui matrimonium capessunt. Quorum illud primum est, vt parem duca- mus conditione, & ætate. Cætera prætermitto. Illum quoque versum citat Philip. Corne. con. 3. in præsenti consultatione. col. iij. eo. li. iij. vbi illud quoq; dicit scholas Philosophicas & monere & laudare. Et facit tex. in l. si donationum. C. de nupt. & in l. si maior. in f. C. de legi. hære. vbi Bald. alludens ad illum versum Ouidij, Si quis (inquit) vult aptè nubere, nubat pari. & in e. non omnis. xxixij. q. iij. in illis verbis, Nu ptiarum autem fecunda inter ingenuos legitimata sunt, & inter æquales: quasi diceret, è diuerso non est legitima inter inæquales. Ita enim lego ex 70. epistola Leonis Pontificis ad Rusticum Narbonensem Episcopum. Quod tractum fuisse videtur à more veterum Romanorum, apud quos Boëthius scribit in Commentariis Topi- corum Tullij, nuptias inter impares iure contractas non fuisse. Ang. con. 396. nunc arbitramur, factum autem illius incipit, docttor insignis, col. vlti. taxat quempiam iuuenem Medicina doctorem, qui viduam sub nomine dotis vxorem duxerat contra Catonis monitum. Ante hos Iac. Bel. in auth. de resti. & ea quæ parit. in prin. in vlt. quæst. scribit, quod quis parem sibi debet ducere vxorem. Hac omnia confir- mat, quod Deus Opt. Max. dixit, dum matrimonium institueret. Faciamus ei adiu- torium simile sibi. Nam quod simile dicit, non solum ad similitudinem effigici, sed & conditionis (vt cum nostris loquar) referri potest.

*Ex sacris lite-  
ris de hac re te  
stimonia.*

18 ¶ Quæ quidem & ista ratione comprobo. Nihil est quod matrimonio latè, & feli- citer transfigendo magis conueniat, quam viri & vxoris mutua amicitia, beneu- lenta, concordia, familiaritas. Ad cuius rei comprobationem, quia per se satis est manifesta, solum Ecclesiastici testimonium afferrem, à quo c. xxv. numerantur inter eos, qui beatitudinis partes attingunt, vir & vxor sibi bene consentientes, nisi & ob oculos versaretur illud maximus Poëtarum Homeri lib. Odyssæ vj.

*Ἄνθρωποι γέρε τῷρε λεπτοῖσιν καὶ ἀργοῖσιν,*

*Ἄνθρωποι δὲ ἐνόπλοι, νομάται πάνοιη ἔχοντος,*

*Ἄνθρωποι γάρ, πάλιν ἀλτερα δυσμενεστοι,*

Id est, ad verbum,

*Viri et uxoris  
concordia, ma-  
xima felicitatis  
pars.*

*Nihil enim hoc potius εἰ μείλιος,*

*Quam cum concordes animis domum habitant*

*Vir εἰ γάρ: multi dolores inimici*

*Gaudia autem amicis.*

Quam sententiam retulit & approbavit maximus philosophorum Aristoteles lib. ij. Oeconomicón, cap. iij. & Hierocles in libr. de nuptiis apud Stobæum Sermo. 65. Quibus assentiens Phocylides Milefius hæc cecinit:

*Σέργε τελὺ ἄλοχογ. τὸ γέρε ἀδύτερον καὶ αργοῖσιν,*

*Η ὅταν αὐτοὶ γυνὴ φρονεῖ φίλα γηράτῳ ἀχει,*

*Καὶ πότις οὐ ἄλοχο, μηδὲ ἐμπεισται αἴδηξαντο?*

*Ama tuam vxorem. Quid enim melius aut iucundius,*

*Quam cum viro mulier sapit chara senectam vige,*

*Et maritus sue vxori, neque cadat in medio discordia?*

*Et nutrix illa in Medea Euripidis:*

*Ὕπερμετρη γίνεται σώματα,*

*Οὕτω γυνὴ πρὸς αὐτοῖς μὴ δικοσατῆ.*

Quam

*Quam maxima existit salus,*

*Cum vxor cum viro non discedet.*

*Quibus concinit illud Apollonidæ apud Stobæum cap. vi.*

*Φῦν φῦν γυναῖκες, ὡς φῦντερποις ἄρα*

*Ὄν χνοῖς, δὲ τυχεντις, δὲ ταλαττος χλιδή,*

*Τασστος ἐχεις διεφόρος της ἀδυνάτης,*

*Δις αὐδήσος ἑδητή, καὶ γυναῖκος ἐντεῖτης*

*Γνώντις σινάτη, νέη φροντος τούτην.*

Id est, ex versione Conradi Gesneri:

*Pape δὲ mulieres, certè inter homines*

*Non aurum, non regnum, non diuitiarum luxus,*

*Voluptatem eximias prebet,*

*Quam boni mariti, εἰ γάρ uxoris pīe*

*Voluntas insta, εἰ legitime affecta.*

Felicem ego Macrinum illum fuisse arbitror, si quis felix vñquam fuit, quem cum vxore xxxix. annis vixisse sine iurgio, sine offensa, scribit Plinius lib. epistolarum viij. ad Geminum: felicem item illum Paternum, qui in agro Nemaufensi id epitaphium posuit:

D M

### S. SYLVIUS PATERNVS VXORI RARISS.

EXEMPLI, CVM QVA VIXIT ANN. XXXII

SINE VLLA ANIMI LAESVRA. E. S.

V. P.

19 ¶ Adeò autem concordiam matrimonij probant Iurisconsulti, vt iuri patriæ po-  
tentia, quod naturale quodammodo esse videtur, anteponant. l. j. §. vlti. D. de liber.  
exhi. quod & Iuri diuino concinit, ita præcipienti statim post prin. Bibiorum: Re-  
linquet homo patrem, & matrem, & adhæredit vxori suæ. Nam vxori non penitus  
adhærente videtur, nisi & cum ea consentiat, & vxor cum marito. Chrysostomus  
autem in Genesim Homilia xxxvii. Quando (inquit) cōcordia, & pax & vinculum  
dilectionis cum muliere & viro fuerit, omnia simul affluunt bona, & nullis insidiis  
expositi sunt, magno, & inexpugnabili quodam muro circundati, sua iuxta Dei  
sententiam concordia: hoc fortiores eos reddet: hoc omnibus diuitiis, & abundan-  
tia magis locupletabit: hoc supernam gloriam iis conferet: hoc & Dei beneu-  
lentiam iis vberim conciliabit. Proinde (inquit) ore, ne quid illi præferendum exis-  
timemus. Sed omnia faciamus, & agamus, ita vt tranquillitas, & pax sit cohabitanti-  
bus. Tunc autem, & filij, qui nascentur, virtutem sequentur: quos imitabuntur &  
serui: & vndeque domus virtute florebit, eritque multiplex rerum prosperitas.  
Nec omitendum, quod somniōrum interpretes dicunt, cor esse symbolum amoris,  
& beneuolentie coniugum: id enim significare vxorem viri, qui somnum videt, &  
maritum mulieris, quæ illud videt, vt tradit Artemidorus Daldianus lib. j. c. xlvi.

*cor symbolum  
amoris coniug-  
rum.*

20 ¶ Atqui æqualitas & similitudo beneuolentia est conciliatrix, matérque concor-  
dix, familiaritatis, & amicitiae. Contrà inæqualitas, & dissimilitudo, odij dissi-  
dientia, que parens est, vel teste Boëthio lib. j. de musica, c. item j. Quóque maior ac verior  
stabilitate, & similitudo fuerit, & æqualitas, hoc firmior atque arctior est amicitia  
atque beneuolentia: vnde videmus iuuenes inter se libenter conuenire, senes cum  
senibus congregari, & doctos doctorum conuentu capi, & improbos congregari  
cum improbis, diuitibus consuetudinem esse cum diuitibus, pauperibus item cum  
pauperibus, atque in vniuersum similia similibus gaudere. In quam sententiam est  
illud Ecclesiastici xiii. Omne animal diligit simile sibi, & omnis homo simile  
sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabi-  
tur. Et Theognis dicit amicitiam cohætere inter vicinos, æquales, & senes:

*Aequalitas εἰ  
similitudo, pa-  
rens amicitia.  
Dissimilitudo  
odij.*

p 5

IN QVINTAM LEG. CONNVB.

πάντες μηδὲ οὐδεὶς ὄμοις, ἵνα, οὐδὲ λέγει αὐτός

Οὐδεῖς χώρις, οὐδὲ παλαιότεροι.

Quam sententiam ita vertit Erasmus:

Omnes hi se se venerantur, amantque vicisim,

Vicini, equeales viribus, atque senes.

Apollonius autem Tyanus apud Philostratum lib.vj. Ego (inquit) hoc de amore cognosco, quod Dei Deas, & viri mulieres, & belua beluas, & vt breuiter omnia complectar, similes amant sibi similia.

21 ¶ Apud Homerum Odyss.lib.xvij. Melanthius caprarum custos conspicatus Eu-  
De eadem re. maeum, subulcum Vlyssis, ipsum Vlyssem secum adducetem, sed habitu specieque pannoſi ac mendici, ſcomma iacit in vtrunque, quaſi duo inter ſe ſimiles bene conuenienter:

καὶ μηδὲ μᾶλα πάτερνος λακός λακόν μηλάζει  
δέ αὐτὸν τὸ δύοιον ἄτε θεός δέ τὸ οὐσίον.

Id est,

Nunc adeò malus ecce malum comitatur, ut νυſque

Ad ſimilem Deus adducit ſimilēque parēque.

Cuius ſententia meminit Plato in Lyſide, vbi & hanc quoque ſubiungit. Simile ſimi-  
lii neceſſariō ſemper amicum eſſe. Et idem lib.vj. de legi. Singuli (ait) ſemper ad ſibi ſimillimum natura feruntur. Et rurſum li. eiusdem operis viij. Amicum quidem vocamus ſimile ſibi quo ad virtutem, & equeale ſibi. Et paulo pōſt: Amicitia quaꝝ à diſsimilibus proficiſcitur, dura eſt, & aſpera & ſape viſciſtudinem in nobis non habet. Apud eundem circa initia libri j. de Repub. Cephalus, ſāpe, inquit, plerique conuenimus fermè equeales, antiquum illud feruantes prouerbiū, ſenes inter nos congregamur, ut item inter ſe iuuenes. In eiusdem conuiuio, Agathon, Scitē, ait, veteri prouerbio fertur, Simile ſimili ſemper harere. Platonis diſcipulus Aristoteles lib. questionum Encyclicarum x.c.lj. quaꝝ, Cur cognata cognatis ſibi que ſimilibus gaudent, eaque cupiunt. & rurſus queſtio. ſeq. quanquam nonnulli vtranque hanc quæſtionem ſimil iungant: Cur (ait) vnumquodque iunctum ſuo cognato, maximè ſuauiſimē coēat, videlicet, vt ibi annotat. Petr. Apo. ſi vir, & mulier ſint eiusdem natura, etatis, &c. Idem Aristo. libr. viij. Ethic. c.j. Quidam (inquit) ſimilitudinem quandam amicitiam eſſe posuerunt, & ſimiles eſſe amicos. vnde, & ſimilem ad ſimilem, inquiunt, & graculum ad graculum, & ſimilia. Hęc ille. Et li.j. Ethicorum, c.ii. quo loco de iuſtis agit: Quoniam quod ſecundum naturam eſt, iucundum eſt, omniāque genere inter ſe coniuncta, ſecundum naturam coniuncta ſunt. Idecirco vt plurimum, quaꝝ ſimilia ſunt, ac genere coniuncta, iucunda ſunt, vt homo homini, equus equo, adolescentis adolescenti. Hinc & prouerbia celebrata ſunt, quod equeal ſimili delectat, quodque ſemper à ſimili ſimile amatur, & quod belua cognoscit, & quod ſemper graculum ad graculum, & ſimilia. Quod autem dicit vtrōbique, ſimilia, ea non ſunt parum multa, vt quaꝝ ſunt apud Theocritum Idyl. ix.

Τέττε μηδὲ τέττα φίλοι, μέρμαντος μέρμαντος,  
Ἴγκες δὲ ἴγκες. Id est,

Formice formica placere, cicada cicade,

Accipitri ſoler accipiter.

Illa quoque apud Gregorium Nazanenum in illis documentis, quaꝝ præſcriptis virginibus,

Πέδαι μηδὲ πάλαι φίλοι, ἔλαφοι τελάφοι,

Καὶ φίλες φίλεσι. ἀνθεὶ τε τίμοις ἀντούς.

Id est,

Pulli quidem pullis amici, cervi que cervus,

Et flumi fluminis, puro autem pretiosus eſt purus.

Et illud apud Varronem libr. iiij. de Lingua Latina, Cascus caſcam ducit. Item illud nefcio cuius, Cretēſis cum Aegineta. Item illa apud Hieronymum, Similes habent labra laetucas. Et Balbus balbum reſtiū intelligit. Et apud Diogenianum, Conue-

nerunt

GLOSSAE PRIMAE PARS V.

90

nerunt Attabas & Numenius. Et alia id genus. Citat autem Aristo. vbi ſuprā, poſt pauca, Empedoclem, qui quidem ſimile appetere ſimile dicebat. Idem Aristo. libr. magnorum Moralium i.j.c. ii. Nam eſt imprimis amicitia in ſimilibus, vt videtur, ac dici ſolet. Si quidem graculus (inquiunt) graculo, ſemp̄erque Deus ſimile agit ad ſimile. Dicitur quoque canis in eadem ſemper tegula dormitare. Interrogatus Empedocles, cūram ſemper in eadem tegula dormit canis, fertur dixiſe, quoniam ſimile canis habet tegulā, & proinde ob ſimilitudinem eō tendere. Hęc Aristo, qui & ipſe lib. Moralit̄ Eudemiorum vij. Amant, ait, vulgo ſe mutuō, qui ſimilibus ſunt vitiis, præcipue fures, & lupi latronum inſtar graſtantur. Ex Platonis quoque ſe-  
tatoribus Alcinous in lib. de ipſius Platonis doſtrina, c. xxxij. ſcribit amicitiam propriè nihil. aliud eſſe, quā benevolentiam mu tua: hanc verò tunc exiſtere, quando vterque bonum alteri aequē ac ſibi eſſe deſiderat. Quam quidem aequalitatem haud aliter, quam per ſimilitudinem, ſeruari dicit. Simile enim ſimili, ac mode-  
rato amicum eſſe: intemperata verò neque inuiſem, neque moderatis congruere poſſunt. Porphyrius quoque, & ipſe Philosophus Platonicus lib. quem de reſpon-  
ſorum Philoſophia conſcriptiſt, Decet, ait, terreſtribus Diis, terreſtria atque qua-  
drupedia animalia eſſe ſacrificanda. Simile nanque ſimili gaudere, refert Euseb. de Præpar. euang. lib. iiiij. cap. item iiiij. Sed & ex eadem ſchola Chalcidius in commen-  
tariis, quos in Timaeum Platonis ſcripit ad Osium, Pythagoricum tradit dogma eſſe, ſimilia non niſi ſimilibus comprahendi. In quam etiam ſententiam adſert  
verbiſ ſuſ Empedoclis, quos ita vertit:

Terram terreno comprehendimus, aethera flammis,

Humorem liquido, noſtro ſpirabile flattu,

Pacem tranquillo, litem quoque litigioſu.

Plutarchus idem in eo libello, cui eſt titulus, Quo pacto poſſis adulatorem ab ami-  
co diſcernere, refert huiusmodi Senarios:

Γέρων γέροντος γλωτταῖς οἰκέται ἔχει,

Πάτερ πατέρι, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,

Νοσῶν τὸν τοντόν νοσεῖν, καὶ συντραφεῖς

Ληφθεὶς ἐπωδός διὰ τοῦτο προμένει.

Seni ſenilis lingua iucundiſima,

Puerisque puer, mulier apta eſt mulieri,

Aegrotus ergo : quem tenet ſors aſpera,

Mulius malis exercitato eſt accommodus.

Epicharmus quoque apud Diogenem Laertiū in Platone:

Θαυματουργὸς εἶλεψ, με ταῦτα δέ τοι λέπει,

Καὶ αὐταῖς τοῖς αὐτοῖς αὐτοῖς, καὶ πολεῖς

Καλῶς τε φυκένεις Καὶ γάρ ἡ λίνος λεᾶ

Κάλισιος μῆχα φάνεται καὶ βές βοι,

Όνθος τὸν πάσιν οὐδεὶς δὲ τοῦτο νέι.

Res mira non eſt, iſta ſi ſic proloquor,

Ipsique nobis ſi placemus inuicem.

Pulchrique nati ſi videmur: nam ἡ cani

Pulcherrimus canis videtur, bos boui,

Ἄſinus aſſello pulcher, ἡ ſus ſui.

22 ¶ Sed è Latinis autoribus Cicero in ea Oratione, quam citat Iurisconsultus in l. De eadem re. Cicero. D. de poenis, ſcilicet pro Aulo Clientio Hābito, iam, inquit, hoc ferē ſci- ex Latinis scri- tis omnes, quantam vim habeat ad coniugandas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſi- ptibus.

militudo. Et in Catone maiore, Pares autem, inquit, cum paribus (vt eſt in veteri prouerbio) facillimē congregantur. Quam ſententiam vſurpauit ex ipſius Plato- Prouerbiū. nis Phaedro. Et eam ſanè ad ſuadendam equalitatēm inter coniuges, veluti in teſtimoniū citat Bar. in d.l. ſi diuortio.col.pen. D. de verb. oblig. Et idem Tullius in libr. de Amicitia, ſcribit nihil eſſe, quod rem ad ſe vllam tam alliat, & attrahat, quam

quād ad amicitiam similitudo; nihilque appetentius esse similiūm sui, nec capiūs, quād naturam. Et statim post princip. II. Philippicā: Itaque quorum sumūmū quo dā inter ipsos odiū bellūmque meministis, eosdem postea singulari inter se consensu, & amore deuinxit impurissimā naturā, & turpissimā vitā similitudo. Liuius li. ab irbe condita j. de Arunte Tarquinio, & Tullia maiore loquens: Contrahit (inquit) celeriter similitudo eos, vt ferē fit, malum malo aptissimum. Quintil. auus Declamatione cccvij. Iūgit amicitias similitudo morum. Columella lib. vj. Rei rustica, c. xxxvj. Similia similibus familiora natura fecit. Plinius lib. iiiij. epistolarum ad Fundanum: Est ad conneſtendas amicitias, vel tenacissimum vinculum similitudo. Symmachus in euenis Macrobianis libr. vij. Similibus similia gaudent. Is aut alius quispiam eiusdem nominis in epistolis: Semper natura gaudet aequalibus, & familiare sibi est omne, quod simile est. Et Diuus Ambrosius lib. j. offic. Videmus, ait, maximē pares paribus deleſtari. Et è recentioribus Bap. Mantua, in Falconem:

*Maxima cum doctis cur habet commertia Falco?*

*Quod paritas homines conciliare solet.*

*Ex iuribus,* Quibus mirè concinit tex. in c. nerui, paulò post princ. xiiij. di. Vnusquisque, dum hominum amicitias appetit, cuiuscunq; alterius, similem sibi ducentis vitam, consortio vt plurimum se adiungit. Et tex. in c. transmissam, ibi, confsimiliūm sibi laicorum manus afficiant, de electi. Ex quo no. Jo. And. in cap. fraternitatis, col. iiiij. de frig. & malefi. quod suprā diximus, similibus similia gaudere: hīcque sub-inferi, pares cum paribus esse matrimonio collocandos: citatque, & illud Ouidianum,

*Quād male inaequales veniunt ad aratra iuueni,*

*Tam premitur magno coniuge mupta viro.*

*De edem re, ex medicis,* 23 Sed & Medici, qui rerum omnium naturas solerter scrutati sunt, memoria pro-diderunt, similia similibus conuenire, atque salubria esse, & amica: dissimilia au-tem contrā. Hippocrates maximus Medicorum in libr. *ποιησιας*, id est, de ratione viuentis, Dissimilia, inquit, in locis similibus confidere non possunt, sed non agitata vagantur: qua verò se agnoscunt, commiscentur. Siquidem concordia in-ter se conueniunt, discordia pugnant: propterea hominis anima nusquam, niſi in homine, augetur, degitve. Magnorum quoque animalium similiter. Quād autem alias habent, vīque aliqua discordant, non. Galenus, quem medicorum principem merito vocavit Angel. con. pen. sanctissima, & illustrissima fœmina, in lib. de In-aquali temperatura, qui vulgo inscribitur de Dyscrasia inaequali. Non homo, in-quit, hominem mortu perimit, atque viperā vīperam, neque aspis aspidem. Simi-le siquidem simili conueniens est, atque amicum: contrarium verò inimicum, at-que molestum. Augentur itaque omnia atq; nutriuntur consimilibus. A contrariis

*Sanitatis custo dia per similia, Similia simili bus nutritur.* verò intermixuntur, atque occidunt. Atque ideo sanitatis custodia fit per similia. Idem in ij. Tech. in tract. de ventre, c. v. scribit, ventrem, id est, stomachum bene temperatum sibi similia expetere. Id quod extendit Haly Rodoan ad alia quoque membra corporis. In eāmque rem duas quæſtiones confcripsit in illum ipsum lib. Iacob. Foroliensis videlicet xlviij. & seq. Idem rursum Galenus in iij. ipius Tech. cap. ij. aut, vt alij distingunt, comment. xlviij. Calidiora (ait) corpora calidioribus indigent alimentis, frigidiora frigidioribus, fcciora fccioribus, humidiora hu-midioribus. Iterūmque comment. xlviij. monet similia similibus administrari, cū seruare velimus pristinum corporis temperamentum, alij crasim dicunt. Idem quoque libr. iiij. de Temperamentis, Omne, ait, animal conueniente sibi alimento nutritur. Conueniens autem cuique alimentum est, quiequid assimilari corpori, quod nutritur, potest. Et libr. vj. De sanitate tuenda (alij de arte sanitativa vocant: vulgo De regimine sanitatis inscribitur) Aptā sunt (inquit) humidis quidem hu-mida, & fccis fccca. Nutritio enim fit, cūm is, qui nutrit, cibus, corpori quod alit, assimilatur. Et post pauca: Funt qualitatibus conuenientia, vtique si seruare tem-peram

peramentum studes, humidis naturis humectante cibo maximē quadrantē, fccis vero eo qui fccet. Sed & libro eiusdem operis j. scripsérat: Similia sanis conuenire, & consuetis humida videlicet humidis, fccca fccis, & cetera id genus. Seruari enim similibus vnumquodque: alterari vero à contrariis. Propterē ad ægrotos referendū, quod dicitur, contraria contrariorum esse remedia. Quād enim corpora se-cundum naturam se habent, iis seruari custodirique suum habitum decet. Quād morbo aliquo presumunt, his contrā alterari, & ad contrarium habitum trahi, ex-pedit. Idque comprobat autoritatem summi in Medicina viri Hippocratis, scriben-tis lib. Aphorismorum i. Humidam omnem viuentem rationem febricitantibus esse vtilem, pricipiū verò pueris, & his, qui tali viētu refici sunt asfueti. Videtur enim Hippocrates in his tria deinceps pari inter se iure posuisse, morbum, atatem, con-fuetudinem. Atque à morbo quidem contrarij adhibendi indicationem accipit: ab artate, & consuetudine, similiūm. Febri nanque, ceu morbo calido, & fccco, humida conueniunt: pueris, quibus ea etas non morbofa, sed secundum naturam sit, id maxi-mē est vtile, quod planē est similiūm. Pari modo consuetudini, vt pote quē ad-scrittiā ac acquiſitiā naturam in corporibus gignit, cōtraria dedisse imprimis noxiū. Et rursum lib. eiusdem operis v. scribit, malē affecto corpori semper con-traria, optimē se habenti similia viribus esse adhibēda. Cui prorsus simile est, quod scriptum reliquit alter nostrorum Medicorum oculus Auicenna, iiiij. primi, cap. j. Aegritudo suo medicatur contrario, & conseruat sanitas suo simili. Nec longē absit, quod tradit Isaac Medicus famatissimus in li. diat̄arum vniuersalium: Tem-peratis complexionibus cibaria temperata dari neceſſe est. Et Albertus Magnus, quem multi iure Medicis annumerant, lib. de animalibus vij. cap. ij. Omnis (inquit) natura desiderat simile sibi, niſi sit omnino destituta, & deducta ad inaequalitē & dyscrasiam. Tunc enim desiderat cōtrarium, ſicut febricitans febre calida & fccca, desiderat frigidum, & humidum: non quidem, vt illo nutritur, ſed potius, vt con-trarij paſſionem facientis reducatur & reprimatur excessus. Secundum igitur de-fideriuſ est ad simile complexione, & ad connatūalem cibum. Propter quod etiam Empedocles dixit, omne nutritri simile simili. Haec tenet Albertus. Quorum ſenten-ias confirmat Theophrastus, quem Medicinæ peritissimum fuiffe tūa ipſius ſcri-pta demonstrant lib. De cauſis plantarum j. cap. xxv. Res (ait) contraria neque ale-re, neque seruare apta eſt, ſed similiſ.

Contraria cō-  
trariū curan-  
tur.

Dissimilia feri-  
non coēunt.

24 Mirum eſt, quod ſcribit natura interpres Plinius libr. xvj. cap. xlj. ne inanimata quidem vñquam cohārere, niſi similia natura: vt ſi quis (inquit) lapidem lignūmq; coniungat. Columella li. Rei rustica v. c. II. Omnis, inquit, ſureculis omni arbori inſeri potest, ſi non eſt ei, cui inſeritur, cortice diſsimiliſ. Si verò etiā similem fru-ētum, & eodem tempore afferit, ſine ſcrupulo egregiē inſeritur. Et rursum eodem c. tradit, antiquos veluti pro lege fanxiſſe, eos tantum ſureculos poſſe coaleſcere, qui ſunt cortice, & libro, & fruētū conſimiles iis arboribus, quibus inſeruntur. De cuius rei veritate diſſerit idem, eiusdem operis lib. viij. c. item viij. de matrimonio columbarum loquens: Curandum eſt (inquit) ſi fieri poſſit, vt pulli, quemadmodum excludiſſunt, nunquam ſeparentur. Nam ferē ſi hic maritata ſunt, plures educant ſeſtus: ſi aliter, certe nec alieni generis coniungantur, vt Alexandrina, & Campana. Minus enim impares ſuas diligunt, & ideo nec multū inēunt; nec ſapius ſe-ſtant. Aesopii Apologus planē ostendit diſsimilia non ſecum conuenire, nec eſſe ſo-ciabilis. Nam Carbonarius (inquit ille fabulator) rogarit fullonem, vt ſecum in eadem domo habitaret. Sed fullo respondit, non id ſe poſſe facere. Timeo enim (in-quit) ne quā ego dealbo, tu fuligine repleas.

Lapis ligno nō  
coheret.

Arbor arbori  
diſsimili nō in-  
ſeritur.

Pullos, ut ex-  
clusi ſunt, con-  
iungendos.

Carbonarius,  
et fullo ſimi-  
lē, cauſam  
habitare nō po-  
ſunt.

De cadem re  
ex nostris.

Creditor aliis  
ſimiſ, cauſam  
habentib, que-  
rit, non aliis.

25 Sed vt de noſtris quoque loquamur, Guil. Cun. in l. v. C. de bon. auto. iudi. poſſi-afferens rationem, quare in caſu illius l. creditor querit aliis creditoribus habenti-bus similem cauſam, non autem habentibus diſsimilem, Quoniam (inquit) similia faciliū coniunguntur, adducitque illud Aristotelis lib. ij. De generat. & corrupt. c.

IN QVINTAM LEG. CONNV.

In habentibus symbolum, facilior est transitus. Ad quod etiam citat l.ij. §. vlti. symbolum & l.seq. & l.sed cum patrono. in princi. & ibi Alberi. D. de bono. pos. & in l. rem. §. celi transitus. item quacunq; D. de rei vendi. & l.an inutilis. §. acceptum. & ibi no. D. de accepti. quod item dictum Aristotelis citat, & iisdem iuribus coprobat, Signo. confi. 2. statuto ciuitatis. col.ij. versi. non probat. & Alberi. in l.sed & si quis. §. quae situ. col.ij. & ibi quoque Bal. in addi. col.ij. versi. secundò quare. D. si quis cautio. vbi ipse Alberi. alia iura in id allegat. & idem Alberi. in l.ij. in prin. C. de acce. & in l. precibus. char. pe. nume. 96. C. de impub. & aliis subfti. & in rub. D. de bono. pos. Bal. in l.ij. in fin. D. de adop. vbi hanc affert ratione, cur in arrogatione maior requiritur autoritas, quam in adoptione. Idem Bal. confi. 324. queritur vtrum papa. versi. & si habeo feudum. lib. j. & confi. 229. viso testamento, col.ij. lib. iiiij. & Pe. An. confi. 422. viso puncto. ad fi. & Iason in l. qui Romæ. in prin. col. iiiij. versi. secundò responde. D. de verb. ob.

26 ¶ Ceterum idem Bal. in repe. l. si cum lex. col. vj. versi. item quia statuere. C. de eman. De eadem re. Femina ad fœminam plus affectio habet. posteritas à fœmina nominata, fœminas comprehendit. Empytheus fœminas nō recipit. Nisi à fœmina cœcessa fuerit. lib. posteaquam illud quoq; adscripsit. In habentibus symbolū, &c. subiunxit. Similia sibi inuicem maximè congruere, dissimilia minimè. & Pe. An. confi. 336. pro maiori. col. iiiij. versi. tertio quid proles. pulchre dicit, quid mater plus censetur habere affectionis ad prolem fœmineam, quam ad masculam, propter sexus similitudinem, propereaque verbum posteritatis à fœmina prolatum, non tantum masculos compræhendit, sed & fœminas quoque: citatque illud Aristotelicum, & d.l. an inutilis. Et id sequitur, & dicit singu. Iason in l. sed si hac. §. liberos. in j. not. D. de in ius vocan. vbi & ex hoc dicit, quid licet, cum quis accipit emphyteusim pro se & filiis, non compræhendantur filia, vt voluit Guid. Suz. in l. veteribus. D. de paetis. & in l. quicunque. C. de seruis fugi. cum multis concor. adductis ab ipso Iaso. in l. si quis id quod, col. iiiij. versi. tertio decimo. D. de iuri. omni. iudi. hoc tamen fallit, si concessio fieret à fœmina, quia verisimiliter non minus diligit fœminam, quam masculum, ob similitudinem sexus. Cui adde alios, id identem tenentes, scilicet Socinum in 1. Gallus. §. nunc de lege. col. vlti. versi. pro quo tamen adducas. D. de libe. & posthu. & in repe. l. cum auis. col. xlvi. vers. tertius casus. D. de lib. & posthu. & ipsum Iasonem conf. cxvij. in causa & lite vertente inter reuerendissimum. col. ij. versi. secundò principaliter. li. iiiij. & Philip. Decium in c. in præsentia. col. iiiij. versi. vltimo etiam alias casus. de probat. vbi & ex hoc adducit aliud singulare, quid licet alijs filij naturales non excludant substitutum: fallit tamen, si testator substituens esset naturalis, propter similitudinē illius qualitatis. & Franciscum Curtium iuniorem in tractu feudo. parte. iiij. col. ij. versi. secundo singu. Fran. Rip. lib. j. Respon. cap. i. nume. 74. Anto. Rube. confi. 22. testator. col. ij. versi. quartus casus & Hieron. Grat. confi. 110. thema. col. iiiij. versi. circa secundum. lib. j. & diximus etiam in tracta. Primige. questio. 10. versi. vlti.

27 ¶ Quid, quid simplex nominis similitudo gignit nobis quandam mutuam affectio similitudo non minis affectio item gignit. nem, atque amicitiam. Id quod liquidè conflat ex l. cum filius. §. pater. ibi. Sempronio nepoti meo plus tribus in honorem mei nominis. D. de lega. ij. Nam (vt ibi dicit Accursius) ille eodem nomine vocabatur, quo & testator. In quam sententiam Lycon Aftyanax Philosophus Peripateticus, hoc in suo testamento inter cetera adscripsit. Quæ in vrbe, & Aegina habeo, Lyconi fratri præcipua do, quid is nomine ferat nostrum. Ex quo vides & hanc curam, & affectionem philosophos quoque tangere. Tradit autem Liuius libro iiiij. ab Vrbe condita, Spurium Melium Tribunum plebis fauore nominis alterius Spurij Melij Equitis Romani, qui quid regnum affectauerat à Seruilio Magistro Equitum interemptus fuerat, conatum quicquam mouere. Et Suetonius Augustum Cæarem primos hæredes instituisse Tiberium ex parte dimidia & sextante, Liuiam ex parte tertia: quos & ferre nomen suum iussit. Cui concinit, quid in l. hoc iure. §. vltimo. D. de donatio. fit mentio cuiuspiam, qui centum alteri spoponderat, si iurasset se nomen ipsius lateturum. Nam & in l. facta. §. si in danda. D. ad Trebel. non inutilis est nominis feren- di con-

GLOSSAE PRIMAE PARS V.

92

di conditio. Quibus iuribus innixus Philip. Dec. confi. 273. in casu proposito, col. ij. versi. sed tamen prædictis, respondit, valere conditionem illam, si hæres tulerit nomen testatoris. Et plurima testamēta videmus, in quibus legata relinquebantur, ea lege, vt legatarij ferrent nomina, & arma testatorum.

28 ¶ Et sanè illud palam est, vt cum Erasmo loquamur, inter eos qui dissimili sunt for tuna, dissimili vita in studio, dissimilibus studiis, aut omnino nō coire amicitiam: studiorū & ar aut si coierit, non cohædere, citoque dirimi, atque ob id fieri, vt idiota studiosum literarum oderit, rusticus aulicum, iuuenis senem, diues pauperem, profanus sacerdotem, vel id attestantibus Decretis canonici, in cap. laicos. & cap. laici. ij. q. viij. & in cap. clericis. in princip. de immuni, eccl. lib. vj. Quin & in codem genere Epicureus Stoicum, Philosophus Iurisconsultum, Poëta Theologum, balbus eloquentem. Hinc geminorū gratiam fratrum Amphionis, & Zethi penè dissimilasse, quid alter lyræ studiorū esset, alter agris colendis gauderet: ac dissimilatus, nisi Amphion abiecta lyra fratris ingenio cessisset. Ob eandem causam non satis fuit syncera Castoris, & Pollucis amicitia: neque caruit infamia tentati patricidi, cum vterque comedex ouo essent prognati, vt iam magis gemelli esse non possent, quid alter pugile esset, alter equis delectaretur. Et vt scribit Hora. libro Sermo. ij. Satyra. j. Laici clericis infesti.

Amphionis &  
Zethi fratrum  
dissimilitudo.  
Castoris &  
Pollucis.

Pugnis, —

Et vt idem scribit,

Oderunt hilarem tristes, tristēisque iocosi,  
Sedatum celeres, celerem gnauimque remisi.

Hinc quoque malè conuenisse Remo cum Romulo, quid alter tristioribus ac seueris esset moribus, alter blandior. Ex quo exiit id, quod scribit Lucanus, Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Romuli, &  
Remi.

Quod citat glo. Institu. de rerum diui. §. fanctæ quoque res. Pessimè item conuenisse Cain cum Abel, quid diuerso vita genere caperentur. Summum ergo amorem summa similitudinis esse comitem: atque adeo fitum à Poëtis, quemadmodū Narcissus, antè ab omni abhorrens consortio, simulatque suam ipsius imaginem in limpidissimo fonte conspexit, protinus amore flagrantissimo copit ardere. Quid enim nostri similius, quam ipsa nostra imago? Ergo cum doctus doctum amat, sobrius sobrium, probus probum, nihil aliud amat vterque, quam suam ipsius in altero imaginem, hoc est, scipsum.

Cain & Abel.  
Narcissus sua  
imaginem ada-  
mavit.

29 ¶ Ex his illud proficiuntur, vt quis similis illis esse presumatur, quibus cum illi est amicitia, consuetudo, familiaritas: vt est textus, in l. eum qui. C. de episcopis & clericis, vbi notat Baldus quid ratione male societatis, præsumitur aliquis malus, & in cap. inter sollicitudines, extrā de purgatione canon. & cap. clericus. lxxxij. distinctio. & c. peruenit. secunda quæstion. septima: in quibus locis notat glo. præsumi contra aliquem, vel pro aliquo, ex societate. & etiam c. didici. prima quæstion. septima. Et facit tex. in l. adiles. §. hoc autem. ibi, imitatione conseruorum. D. de edilic. edito. ex quo no. Baldus, quid qui habet malam societatem, acquirit malos mores. Accur. autem ibi adducit illud cuiusdam, Ambula cum bonis: mores enim à coniuncto formantur. & refert Bald. confi. 95. regula iuris est. col. j. libro. j. vbi & ad hoc citat l. si cohortalis. C. de cohort. libro xij. & alia quadam. Et dicit Angel. in authenti. de mona. §. cogitandum, per illum tex. quid ex conuersatione probatur bonitas, vel malitia. Ideoque valet dictum testis deponentis aliquem esse bonum vel malum, quia vidit eum conuersari cum hominibus bona vel malæ fama. & hoc idem sentit Bald. in l. data, col. x. versi. item ratione frequentia, iunctis præcedentibus. C. qui accusa non possunt. Sed & glos. in cap. cum oporteat. de accusa, sumit argu. ex eo tex. contra aliquem ex inhonestâ conuersatione. & idem dicit glo. cap. diffinimus. xvij. quæstio. ij. & Cardi in clemen. j. in jj. not. de concepcionibus. Quibus ad stipulatur, quod elegantissime scripsit Oratorum princeps Tul

q 2

lius lib.ij.Officiorum, Facillimè autem & in meliorem partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros, & sapientes, & bene consulentis viros Republicæ contulerunt: quibus cum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, corum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. P. Rutilij adolescentiam ad opinionem, & innocentia, & Iuris scientia, P. Muri domus commendauit. Refert Suetonius de Claudio Cæsare, illum quidem ex contubernio sordidissimorum hominum, super veterem segnitiam notam, ebrietatis, & aleæ infamiam subiisse. Plinius in epist. libro iiiij.ad Falconem, de quodam iuuenie loquens, Viuit (inquit) cum Spuria, viuit cum Antonio, quorum alteri affinis, vtrice contubernalis est. Posit ex hoc facere coniecturam, quām sit emendatus adolescentis, qui à grauissimis senibus sic amatur. Est enim illud verissimum, γεράσιον οὐ τιθέται οὐδὲ πόπος ἀδεταῖον εὐώνυμον. id est. Similis est vnlusquisque his, quorum delectatur confuetudine. Et Libanius Antiochenus ad Cleomacham, Tales, inquit, plerunque videri solemus, quales ij sunt, qui nobis amicitia confuetudinē coniunguntur. Quam item sententiam usurpat idem Libanius ad Nescum: & Diuus Hieronymus ad Demetriadem: Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas. mores enim & studia dominarum plerunque ex ancillarum, & comitantū moribus iudicantur. Qualis enim quæque sit, talium consortio delectatur. Ideo Bald. in dicto confi. 95. ante fi. lib. j. & in suo tracta. quæstio. non inscienter monet iudicem, vt sciscitur, cum quibus veritatis est reus criminis, vt proinde sciat, quibus si sit moribus. Quod & ante eum scripsit Alberi. Gand. in tracta. malefi. in titu. de presum. & iudicii dubitatis. col. j. & iterum in titu. de quæstio. & tor. col. iiij. & Manfue. in tit. de quæstio. §. item septimo. Et vide quæ dicam insta in xvij. cōnubiali, nume. ro. incipiente, quisquis ergo, & multis seq.

30 ¶ Itaque, vt hoc tandem caput concludam, iam enim nimium multa de hac rediximus, cū similitudo, & æqualitas sit veluti amoris mutui fomes, contrà dissimilitudo, & in æqualitas odij, sitque amor inter coniuges in primis optandus, maximè que, si aliud quipiam, necessarius, vt nos suprà multorum testimonio docuimus, & quidem etiam intestatum, id est, nullis testibus suffultum satis per se perspicuum est: illud confessim necessariò consequens relinquitur, vt similes nobis, & æquales vxores & genere, & opibus, & ceteris omnino rebus, si non inferiores, assumere, diligereque, quantum maximè fieri potest, debeamus.

31 ¶ Quibus & tu adde, quid leges, legūmque consulti interpretes, facile inter pares matrimonium presumunt, non item inter dissimiles atque in æquales. tex. est in l. imperialis. §. imo. C. de nupt. per quem dicit glos. no. in cap. aliter. xxx. q. v. quid inter impares personas non presumitur matrimonium, nisi interueniant instrumenta dotalia, quam facit singu. Barb. in d.l. si diuortio. D. de verbo. obliga. & confi. 6. scriptum est præclarè. col. ix. libro j. confilio 45. scribitur bellissimè. col. vlti. co. lib. j. Et facit tex. in l. viduæ, ibi, vt si pares sint genere. & iterum in l. si donationum. ibi, inter pares. C. de nupt. & in l. donations. in princip. ibi. personis comparatis. D. de donatio. & quod voluit Bal. in l. liberæ. in lectu. antiqua, per illum tex. D. de ritu nuptia. & in l. filium. in j. lectu. ante fin. D. de his qui sunt sui iur. & in cap. ex transmissa. col. j. de restituzione spoliato. & in cap. illud. col. ij. versi. nota diligenter, extrà de præsumptio. Quodque in pulchro casu consuluit ipse Bald. confilio 123. causa matrimonialis. libro ij. & in alio casu, confilio 200. in causa ista considerandum. in ultimo dubio, versi. sed quia ista interpretatio. libro iiij. & Angel. in §. ij. per illu. tex. in authenticæ, quibus mod. natura. effici. legi. & in §. adhuc. in authenti. vt lice. matri & avi. & Paulus Cast. in l. donationes. in fine. D. de donatio. & facit cap. non omnis. xxxiiij. quæstio. ij. suprà nobis citatum. Et quod tradit Boëthius in Commentarii Topicor. Nuptias inter impares contractas, iure contractas non esse. Et idcirco apud Apulcium li. Meta. vj. Iupiter Psychen & Cupidinē copulatus, Iam faxo, inquit, nuptias non impares, sed legitimas & Iuri ciuili cōgruas.

¶ Prop

32 ¶ Propterea quanuis glos. in l. pen. C. de fidei. dicat, quid si depræhensi in coitu, prætendant ad excusationem facinoris, matrimonium à se ante contractum, stabitur illorum assertioni, & præsumetur matrimonium, quam glos. ad hoc no. Cy. Bal. Saly. & Angel. ibi, & Bal. in l. falsus. col. iiij. versi. sed quid si ipse dominus. C. de furt. dum allegat no. in dicta l. penul. & rursum in cap. vlti. col. iiij. versi. idem dico, extra de conf. vbi etiam dicit eam esse auream. & in cap. j. §. iniuria. in verbo, seu furtum. col. iiij. versi. quarto si Titius. titu. de pac. iura. fir. & confilio 4. 9. si dicta Thomasia. libro quarto & Ioan. Ana. in cap. ad audienciam. col. iiij. in vij. quæstio. de homici. & Franci. Are. confi. 8. o. sicut decet. col. iiij. & Angel. Are. in tracta. malefi. in verbo, Che me hai adulterato la mia dona. char. penul. versi. pone quid quidam iuuenis. & Alex. confi. 4. animaduersis his. col. v. versi. pro hoc facit. libro ij. & iterum confi. 1. viso processu inquisitionis. col. v. versi. & pro hoc quod stari debeat. libro iiij. & Ceppo. cautela. xlj. vel secundum ordinem aliorum. xljj. aliquando contingit. vbi illa glos. dicit no. & confi. causarum crimin. lvij. super querela. col. j. & iterum col. ij. vbi illam dicit singu. & Cardi. Alex. in cap. is. qui. xxxvij. distin. & Guid. Pap. in singu. cccccxcj. versi. si quis depræhendatur. & Martha. Affliti. in consti. Sicilia, si quis rapere. col. jj. versi. quinto quo. & Philip. Deci. in cap. causam matrimonij. col. ij. in glos. j. extrà de offi. delega. Et facit etiam singu. cam glos. Bal. l. quicunque. col. penul. versi. vlti. vides. C. de fer. fugiti. & in l. eam quam. col. vj. versi. item excipiuntur nati. C. de fideicom. & in cap. tertio loco. post medium, de præsumptio. & in sua Margar. in verbo, matrimonium. & in l. vnic. col. vj. versi. quarto, fuit quæstio de facto. C. de conf. vbi & eam dicit perpetuò menti tenendam. & Laffran. in rep. cap. quoniam contra. in verbo, confessiones. col. iiij. versi. quarto Petrus & Berta. extrà de probatio. & Barb. in addi. ad Bal. in l. j. C. de collu. dereg. & Anto. Bauer. in tracta. de viribus iuramenti. versi. xlviij. nam licet alias. & Hippo. Marfili. in l. j. nume. 6. 9. C. de rap. virg. & in singu. xxij. confessio. offensi. & confi. 6. 1. post redditum. col. vlti. libro j. Illud tamen debet intelligi, modo inter carera concurrat personarum æquitas, vt quia vterque nobilis, iuuenis, &c. Ita dicit singu. Barb. in dicta l. si diuortio. innixus sing. vt ipse dicit, doctrina Bal. in dicta l. j. C. de collu. deteg. secundū quam dicit se alias confuluisse. Et ita sanè consuluit dicto confi. 6. col. ix. lib. j. & dicto confilio 4. 9. scripsit præclarè. col. vlti. lib. j. & confi. vlt. sapienter magnus. col. vj. cod. lib. j. & confi. 26. clementissimum Deum. col. j. lib. jj. & idem etiam voluit Iason in dicta l. si diuortio. col. vlti. vbi etiam facit sing. illam in ea re Bal. sententiam. & Ioan. Lup. in repe. rubri. de donatio. inter virum & vxor. §. xxxij. col. ij. nu. 5. Tamen Bal. in dicta l. j. de collu. deteg. non id expressim dicit, ad quod allegatur, nisi mendum sit in vulgaris codicibus, in quibus nō æqualitas personarum scribitur, sed qualitas. Quāquam sub qualitate, æqualitas potest intelligi. Et ipse Bal. in dicto §. iniuria. titu. de pace iura. fir. loco suprà allegato dicit, quid in hoc inspiciendæ sunt coniecturæ, quia ficti matrimonij prætextus non excusat. argument. dict. l. donationes in concubinam. in princip. D. de donatio. quod in idem propè recidit: quem nuncupatum sequitur Cepolla cautel. xxxix. aut vt alij computant. xlj. vidimus complures casus. Nouissime autem Alciat. in l. aliud est promittre. D. de verbo. signi. scribit tum demum illis credendum esse, si corum affirmatio sit verisimilis: quod & idem propè est.

33 ¶ Adde item, quid non solum in matrimonio, sed & in omni societate & amicitia, nobiliores atque ditiones haud inscatari debemus, sed potius æquales. Neque enim satis firma (quod iam diximus) neque tutta pauperi cū opulentis amicitia est. Quod apud Plautum in Aulularia mirè exprimit Euclio, qui Megadoro locupleti ipsius pauperis affinitatem depositenti, in hac verba responderet:  
Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te hominem diuitem,  
Factiosum: me item esse hominem pauperum pauperrum.  
Nunc si filiam locutum me am tibi, in mentem venit  
Te bouem esse, & me esse a sella vbi tecum coniunctus siem,

q 3

Ditiones & nobiliores in omni societate reficiendi.

93  
Deprehensis in coitu, dicentesque si matrimonii contrahentes, creditur.

## IN QVINTAM LEG. CONNV.

*Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto,*

*Tu bos me hanc magis respicias, natus quam si numquam sierim:*

*Et te utrū iniquiore, & meus me ordo irrideat:*

*Neutrobi habeam stabile stabulum, si quid diuortij fuat.*

*Afni mordicus scindant, boues incursent cornibus.*

*Hoc magnum est periculum, me ab afnis ad boves transcedere.*

Ouidius lib.iiij.de Tristibus,Elegia iiij.amicum quempiam monet, vt magnorum virorum consuetudinem atq; amicitiam fugiat, veluti non innoxiam.Idque pluribus versibus,quos hic subscribere paulo longius esset, sed duos tantum annexam:

*Vine sine inuidia, mollesque inglorius annos*

*Exige, amicitias & tibi iunge pares.*

Et multis ante seculis Iesus filius Sirach,in Ecclesiastico, cap. decimotertio , idem nos monuit,scribens:Pondus super se tollit, qui honestiori se communicat. Et ditioni te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quādō enim se colliserint, confringetur. Dives iniuste ager, & fremet: pauper autem laetus tacebit. Si largitus fueris, afflumet te: & si non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecum, & euacubat te, & ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit narrans tibi omnia bona: & dicet, & quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter: & in nouissimo deridebit te, postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit a te, &c. Ambrosius quoque libro tertio Officiorum scribit: meliores esse amicitias inopum plerumq;, quam diuitum. In quam sententiam vetus est prouerbium ἀλεύθερος μέντος αὐτοῖς, id est, fuge procul à viro maiore,

Prouterbiu.

34 Ad hoc nimis spectat Aesopi fabulatoris Phrygij huiusmodi apologus: Leo, asinus & vulpes societatem inierunt, vt quod venatu cepissent, id in commune partirentur. Vbi quampiam prædam naſti sunt, leo iubet, vt asinus partiatur: ille verat stolidus, in treis aquas portiones distribuit. Quamobrem mox indignatus Leo, quid cæteris aquaretur, asinum dilaniat. Restabat vulpes: eam deintegrò partiri iubet. Illa totam ferme prædam leoni attribuit, sibi vix paucula quedam scriuans. Leo, comprobata distributione, rogar, quisnam illam partiendi docuifset artem. Et Vulpes, ἡ τὸν (inquit) συκοφόποι, id est, afni calamitas. Ex quo Leonina societas unde dicta. appellauit Caſſius Iurisconsultus in l.i. non fuerint. §. Aristoteles. Pro socio, cum videlicet omne commodum ad unum aliquem reddit, reliquis ex maxima parte fraudatis: Qualis ferme solet esse societas cum præpotentibus, plebeis fortis hominibus. De hac autem Leonina societate loquens Accur. in §. de illa, in verbo, partem. Inst. de societ. excerptam eam dicit ex Anieni fabula. At Ioan. Fab. in eodem loco Aesopo adscribit, ex eoque refert aliam fabulam, non multum (quod ad rem nostram pertinet) absimilem, subiectaque versus, quos nec ego grauabor subtexere, vt qui mirū huic loco conueniunt, tametsi rudes sunt admodum, atque inelegantes:

*Ne fortem societ fragili, vult fabula præsens:*

*Nam fragili fidis nesciet esse potens.*

Citatisque partem ex iis, quæ supra ex Ecclesiastico adduximus, pauculis tamen verbis immutatis.

35 Quin & vicinitas quoque (quæ aliæ affinitatis vicem obtinet, teste Terentio in Heaut.) nobilium præpotentiorumque virorum, pauperibus ipsis mala est, vt qui non definent illos exugere, donec in nihilum redegerint. Propterea que prouerbialiter Cardamo similes dicuntur. Cuius ea vitique natura est, vt herbarum in propinquu nascentium humorem ad se vi quadam intima perliciendo cogat arefcere, vt est apud Aristophanem Poëtam Comicum, in nebulis, eiisque interpretem. Sed de hac re multa Hesiodus lib.j. Operum & dierum: multò autem plura Columella lib. Rei rustica j.cap.iij.

Nec

## GLOSSAE PRIMAE PARS VI.

94

36 Nec tamen velim existimes, ex his quæ dicta sunt de nobilitate vxorū, me omnino religere matrimonium vxorum nobilium, quoniam, vt scribit Plutarchus in libr. ὑπὲρ ἐντείας, pro nobilitate, citatus à Stobæo Florilegij cap.lxxxvi. Ἀπεισθέντες οἱ σοφισταὶ συνορθωτὶς λαζαρὶς ἐντείας, οἱ μηδὲ τὰ γέ μέσα, τὰ δὲ τάσσοντα γνωριματα σπουδαῖς. οἱ πρὸς τὰς ὄχεας τὰς ἐντείας ἵππους καὶ λιβαῖς ἀντένται, καὶ τῶν ἀμπελῶν, καὶ ἐλαῦνης, καὶ τῶν ἄλλων δένδρων. αὐθεώπτης δὲ ἐντείας ὁ φειδωλος νομίζοντις ἐντείας εἰς τὰς μελανήστας λιανίδας, ἀλλ' αὐτὸς τεθέντας, Βάρβαρος αὖτε ποτὲ Ἐλληνοῖς περέστηται τοῦ γεννητού: Λατεράτης τῷ δύναστεσ, ἐφ' ὃ καὶ πάντα τὰς ὄντας τὸ ποιῆτας εἴρηκεν. ἐνεσάκηε μένθος: ὡς ἂρ γά τὰς δύναστας περιεποτανούσας καὶ τῶν ἀπερτῶν συγρέψασθαι ἀπέβη. Id est, ex Gefneri traductione: Absurda est Sophistarum contra nobilitatem calumnia: qui vulgaria etiam & omnibus notissima non considerant: nempe quod generanda so boli gratia generosi equi & canes emantur: item vitium, oleum, & reliquarum arborum optima quaes; semina. Homini autem ad futuram successionem generis nobilitatem nihil conferre putant: sed tantudem valere, siue barbaram, siue Graecam originem. Neque credunt, latentia quædam principia, & semina virtutis in generatione liberis communicari: vt Telemacho Vlyssis, de quo Homerus, clarissimo vocabulo vtens, dixit, Instillata tibi patris virtus: tanquam assereret, ad paucas seminum guttas paterna virtus bona constare. Locus autem ille Homeri est libr.ij.Odyseæ, cuius integer hic est versus:

*Ἐτιθετο στοχεῖον ἐνεσάκηε μένθος ἀντί.*

*Si iam tui patris instillata est vis generosa.*

Illi autem sententia Plutarchi succinit alia Theognidis in eo libr. cui titulus est γνῶματα ἐλειποναι, quam nos adscripsimus infra in vij. Leg. connubiali, nu. 13. & in opere de Nobilitate, cap. iiij.nu.vij.vbi & alia multa ad hunc locum pertinentia videbis. Non fugienda ergo sunt nobiles vxores, sed multò nobis nobilitate superiores. Sit igitur hac quinta Lex connubialis:

VXORES AEQVALES, AVT INFERIORES GENERE, ET OPIBUS DV. Quinta lex co  
CVNTO.

SVPERIORVM CONNVRIA OMNINO FVGIVNTO.

NEC TAMEN PROPTEREA VXORVM NOBILIVM MATRIMONIA  
DEVITANTO.

## IN SEXTAM LEGEM CONNV- BIALEM, GLOSSAE PRIMAE PARS SEXTA.

**N**ON solū autem in genere & opibus, de quibus affatim locuti sumus, habenda est æqualitatis ratio, sed & in ætate: de qua quoniam strictè tantum, & velut per transennam, & coniunctim diximus, operæ pretium visum est, ne rem maximi ponderis quodam modo neglexisse videamus, de ea paulo latius, atque separatim, lessorsim que ab illo capite scribere. Ioan. Fab. in Rübica Inst. de nupt. monet eum, qui se matrimonio mancipare voluerit, vt tria præcipue attendat: in quibus illud est, vt parem ætate assumamus, in id referens illud Prouterbiuum 5. Letare cum muliere adolescentia tua. Cui concinit & illud Malachia ij. Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuae, quam tu despexisti. Et paulo inferius: Vxorem adolescentia tuae noli despicere. Atque illud Theognidis Megarenfis poëta vetustissimi & celeberrimi,

*Ἐν πολλῇ περὶ μηδὲ ἐωμονήλικη λάτισιον εὐδήρῳ  
ισεργῆν ἔργων ἔξερον ἔμενον*

Id est,

¶ 4

In adolescentia verò iuxta quidem aequalē melius est dormire,  
De syderabilium operum amorem satiantem.

**2** ¶ Sed vt ad huiusmodi aetatis aequalitatem commodius describendam perueniamus, illud imprimis obseruandum monemus, puellas nobis & virgines despondeamus, vt gratis illas moribus imbuamus. Quod & Cumæus ille poëta Hesiodus præcepit in eo opere, cui titulum nuncupauit, Opera & dies, lib. iij. cuius carmen est,

*πρεβενην δὲ γαστὴν ἀς λέπειαν καὶ νέαν αὐτοῖς.*  
Et eius autoritate subnixus Aristoteles libr. Oeconomicō iij. c. iiiij. Quam sententiam fulcit Næuius Poëta antiquus in Gymnastico, inquiens, Vtrum est melius virginem, an viduam vxorem ducere? Virginem, si musta est, id est, si nouella est, in star musta, vt Nonius Marcellus annotauit. Hoc nimurum est, quod intelligi voluit Plautus alter Poëta Comicus in Sticho, vbi Pinacium mulier Antiphoni scitanti, vtram potius duceret in vxorem, virginem, an viduam:

*E malis multis, malum quod minimum est, id minimum est malum.*

Longo autem interuallo antè Moyses suis legibus monuit, vxores virgines ducendas, vt videre licet apud Iosephum libr. Antiquitatum Iudaicarum 4. cap. 8.

**3** ¶ Ideoque Veneti solent suas admodum puellas virgines matrimonio collocare, vt colligitur ex Cardin. Flor. con. 4. 9. cùm testatoris voluntas, iuncto casu prædenti. Recèt quidem ac sapienter illi dijudicant. Puellam enim virginem tunc tenet etiam & mollem, ac rudem, atque informem, in quemuis habitum sequacem, & in utrunque partem flexibilem, facilimè, quoconque duxeris, trahes, ad tuamque vita rationem haud egrè formabis. Natu autem grandiores, & viduas, quibus & suiam & alieni mores pertinaciter insederunt, ægerrimè reformabis. Præsumptum est enim, vt eleganter scribit Vlpianus in l. præcipiū. D. de ædilit. ea mancipia, quæ ruda sunt, simpliciora esse, & ad omnia ministeria aptiora, & dociliora, & ad omne ministerium habiliora. Trita verò & veterata difficile esse reformare, & ad suos mores formare. Quo in loco Saly & Barpol. Cepo. appositissimè no. vii. duas scire sua & aliena virtutia. Eam autem Iurisconsulti sententiam elegantem metaphora extulit Ouidius lib. j. de Remedio amoris:

*Quæ prebet latus arbor spatiabitibus umbras,*

*Quo posita est primū tempore, virga fuit.*

*Tunc poterat manus summa tellure reueli:*

*Nunc stat in immensum viribus aucta suis.*

Idcirco & Virgilius libro iij. Georgicorum,

*Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi,*

*Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.*

Ex hoc idem Virgilius libr. Georg. iij. optimam vocat aetatem primam ac teneram,

*Optima queque dies miseris mortalibus eui*

*Prima fugit.*—

Quoniam scilicet, vt interpretatur Seneca, epistola ad Lucilium cvij. possumus iuuenes discere, & facilem animum & adhuc tractabilem ad meliora conuerte: quia hoc tempus est idoneum laboribus, agitandisque per studia ingenii, & exercendis per opera corporibus.

**4** ¶ Sed quod ad viduas peculiariter attinet, cui vnquam fuit dubium, quin priorum maritorum mores vel corruptissimos, optimos tamē arbitrates, ob id solum, quod illis sunt afflcta, tuos omnino, etiam probatissimos, aspermentur. Hinc afsidua querela, domestica conuicia, quotidiana exprobationes, quicquid egeris, feceris, quod forte fortuna displicat, confessim priorem maritum ob oculos obiciunt. Et vt Libanius scribit ad Phrenilium, non deerunt querela, se priori viro fuisse chariorem. Accur. in Authen. de fidei us. in ipso ferme tituli ingressu, in verbo, apparentem, scribit vxorem tum demum de morte boni mariti conqueri, cum minùs bonum

bonum sortita est. Ego verò assueranter affirmo, etiam si multò melior maritus, nedum si prior contigerit, nouam semper vita rationem horrere, atque execrari, insuetosque mores fastidire: vt etiam apud nos innuit text. in §. vlti. xxiiij. q. vj. & alibi late diximus. Propterè Aesopus ille fabulator egregius, & Philosophus maximus, dicit, famulos tunc maximè priores dominos defiderare, cum secundorum ceperint experientiam. Idque indistinctim afferit nullo bonitatis prauitatisque deleitu. Nam & ferè semper aliis id videtur optimum, cui primum assueris. Ideoque Theodorus Tragediarum actor, nulli vñquam concedere voluit, vt ante se ageret: quasi magis faueant auditores illis, quos primum audierint: vt refert Aristoteles lib. Politicō vij. cap. xvij. vbi & hoc subiungit, idem contingere in conversationibus hominum, & rerum. Omnia enim (inquit) prima nos magis delectat. Ceterum ita natura comparatum est, vt præterita semper meliora presentibus videantur, propterea quod nulla tanta est felicitas aut voluptas, quæ non multum habeat amaritudinis, aut fellis admixtum. Quod cùm adest, vrget nos acriter: cùm abiit, non adeò magnum sui sensum relinquit: vnde fit, vt minus videamus transactis malis affecti esse, quàm afficiamur præsentibus. Porro legibus Mosaicis Leuitici, cap. vigesimo primo, & Ezechielis cap. quadragesimo quarto, prohibebatur, ne viduam vxorem sacerdos duceret, illa ipsa ratione, vt tradit Hieronymus ad Fabiolam, de vestitu sacerdotum, ne ea pristinarum meminerit voluptatum. Quantquam id aliò refert Ifychius Hierosolymitanus, libr. sexto Commentariorum in Leuiticum, cum ipsum locum enarrans.

Sacerdos cur  
viduam ducere  
prohibeatur.

**5** ¶ Idcirco non iniuria derisus fuit Bulgarus, cùm inciperet legere l. rem non novam. C. de iudi. propterè quod nocte præcedente viduam vetulamque despontasset, vt in ea ipsa l. retulit Accurs. Plutarchus autem in libro de Euthymia, id est, tranquillitate animi, taxat Euphorionem, quod cùm prædiuile vetula concubere cuperet. Idem in Demetrio refert, quod cùm Antigonus pater ipsi Demetrio iuueni suaderet, vt vxorem duceret Phillam Antipatri filiam, & Cratero olim iunctam, cuius erat apud Macedonias insignis benevolentia, isque eam, vt vetulam aspernaretur, insuffravit pater illud Euripides,

*Ὥτε τὸ λεόντιον, περὶ φίου γεννήσιον.*

*Vbi affulserit lucrum, ibi verò præter naturam ducenda vxor.*

Bulgarus derisus, quod vetulam despontasset.

Olim verò apud quosdam Germanos virgines tantum nubebant, & cum spe & voto vxores semel transfigebantur. Sic vnum accipiebant maritum, quomodo vnum corpus vñamque vitam, ne villa cogitatio vltra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed matrimonium ament.

Vxor preter  
naturam ducē-  
da, si lucrum af-  
fuerit.

**6** ¶ Mirum est autem, quod scribit Ptolemaeus Alexandrinus Quadripartit. libro quarto, cap. item quarto statim post principium. Quod si in altera duarum quartarum Luna permaneat in natuitate viri, tunc in iuuentute matrimonium contrahet, vel post suorum annorum plenitudinem iuuenclam vxorem accipiet. Sinautem in altera duarum occidentalium occiderit, tardè vxorabitur, vel fibi vetulam subarrabit. Sed & Iulius Firmicus Astronom. libro quinto, capite primo, Si in Piscibus horoscopus fuerit inuentus, & in Leone fuerit occasus, cum anu matrimonium copulabit, aut cum vidua. Et eodem libro quinto, capite tertio, Dabit Saturnus in Ariete positus viduam, aut ab alio stupratam. Et iterum, Si Saturnus ad Virginis signum accesserit, viduam fortietur vxorem. Et vide, quæ etiam dicam infra, numero vigesimono, nec est quod fibi. in fi. & numero trigesimo quinto, nec tamen hinc.

Astrorū ui u-  
xores uel puel-  
las uel annus du-  
cimus.

**7** ¶ Sed & sicuti viduas & aetate grandiores feminas non debemus assumere in uxores. Ita & illud quoque maximè caendum est, vt & è nostris moner Cepo. in l. præcipimus. num. 7. D. de ædilit. edict. ne seniores & prouectæ aetatis viri matrimo-

IN SEXTAM LEG. CONNVB.

*Seniores ne ma-* nium capeſſant, præſertim cum puellis & iunioribus, niſi velint ſe ludibrio, con-  
trīmonium ca- temptui, fastidio eſſe vxoribus: quæ cūm nihil magis cupiant (earum tenera, at-  
que ebulliente & feruida attate hoc ipsum imprimis deſiderante) quām matri-  
moniali operi frequenter incumbere, ſuo ſe voto fraudari (repugnante ē diuerso ni-  
mirum attate virorum) impatienter ferunt. Senes enim non ſunt apti palæſtræ ve-  
nereæ, parūmque diligenter fundum vxorium colere poſſunt: cūm ſeneclus frigi-  
da ſit, & ſicca, vt ſcripſit Aristoteles in eo libr. quem de Longitudine & breuitate  
vita componiſſet, & libr.v.de Generatione animalium, cap.iiij.& alibi ſepe & Hippo-  
crates Apho.libr.j.cap.xiiij. Et Galenus lib.v. de Sanitate tuenda, non ſemel, &  
de Subſtantia virtutum animalium, lib.x.& lib. item j.de Accidenti & morbo, & li.  
de Temperamentis, & lib.cui titulus eſt, Corporis temperaturam ſequi animi mo-  
res: vbi præterea dicit, ſeneclutem exanguem eſſe. Rurſumque in ij. Tech.cap.xx.  
quem locum explanans Haly Rodon, dicit, quod omnis complexio conueretur  
in fine attatis ad complexionem frigidam, & ſiccam. Paulus Aegineta lib.j.cap.xx-  
iiij.& Auicenna lib.j.fen.j.doc.ijj.cap. item iiij.Iohannitus in Ifagog.cap.x.de qua re  
longè etiam latēque diſputat Iacobus Foroliuienſis in ſuis in eundem ſecondum  
lib. Techn. Gal. quæſtionibus, xlj. quæſti. & ē noſtriſ hoc quoque affirmat Lucas  
Pen. in l.iij.col. quoque ij.C.de Primi.lib.xij.& Domi.in proceſſio libr.vj.in §. quem  
librum: vbi ex autoritate Physicorum, ſeneclutem comparat autumno, qui frigi-  
dus eſt, & ſiccus. Hincque illud Virgilij libr.v. Aeneidos:

-Sed enim gelidus tardante ſenecluſa

Sanguis hebet, frigideque effeſta in corpore vires.

Et libr.viiij.

Sed mihi tarda geluſa, ſeclisque effeſta ſeneclus

Inuidet imperium--

*Senecus ex ca-* Nam Parmenides apud Stobæum Serm. 112 dicebat γῆρας γένεται περὶ τὸν τὸ  
τοῖς defectu. θερμόν ἀπόλιθον. Id eſt ſeneclutem ob caloris defectum fieri. ſiccitatem autem fa-  
tis probat asperitas & ſqualor cutis. Vnde à Græcis vocantur γέροντες, vt tradit  
Plutarchus libr. Symposiacōn iij.cap.item iij.non quali, ἐσ γῆρας γένεται, id eſt, in  
terrā fluentes, fed quali γέροι, id eſt, terrefrētes. Et hanc quoque ſiccitatem pla-  
nē adſtruunt, qui ſeneclutem exanguem ac ſanguine exhaustam dicunt, vti dixi-  
mus ex Galeno. Cui concinit Silius libr.ij.

--Exanguesque merendo

Stant prima inter ſigna ſenes.--

Et Lucanus libr.v.

Vos deſpecta ſenes, exhaustaque ſanguine turba.

*Senecus hye-* Frigiditatem autem ſeneclutis euidenter adſtruunt, qui & eam hyemi comparant,  
mi cōparatur. vt Eratosthenes & Patrocles apud Stobæum Sermone 113.

8 Porro autem ſiccitas & frigiditas res ſunt maximē contrariae & voluntati & po-  
tentia coēundi, quam calido & humido (quemadmodum omnes rerum ſcriptores  
naturæ afferunt) conſte certum eſt. Et vt ſcribunt Galenus libr. vj.de Sanitate  
tuenda, & Paulus Aegineta lib.j.cap.xxxv.Veneri natura calida & humida idonea  
eſt: de qua & nos latius poſtea dicemus in ix.Legē connubiali.num.150 .incip. at ca-  
lor. Ideoque Iuuenalis Saty.x, loquens de ſeneclutis incommodis,

-Coitus iam longa obliuio: vel ſi

Conevis, iacet exiguis cum ramice neruus:

Et quamvis tota palpetur nocte, iacobit.

Ex quo eſt & illud Martialis libr.ii. Epigram.lxxxij.

Cum ſene communem vexat ſpado Dindymus Argent:

Et iacet in medio ſicca puella toro.

Viribus hic operi non eſt, hic utilis annis,

Ergo ſine effectu pruriat uterque labor.

Supplex illa rogat pro ſe miseriſque duobus:

Hunc

GLOSSAE PRIMAE PARS VI.

95

Hunc iuuenem facias, hunc Cytherea virum.

Ouidius autem libr.j.Elegi.

Quæbello eſt habilis, Veneri quoque conuenit etas.

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

Quos petiere duces annos in milite forti,

Hos petis in ſocio bella puella viro.

Et subdit:

Senes in Ve-  
nerem ſegniō  
res.

Quam ſimilitudinem ſecutus Flor.noster in l.inuiti. D.de teſti.dicit, quod quemad  
modum is, qui quinqueſimum quintum annum natuſ eſt, bello non eſt idoneus,  
ideoque vacationem militiae obtinet, vt dicit voluſe gloſ. in l.iij.C.de hiſ qui non  
impleteſtipen.libr.x.it nec idoneus eſt rei vxoria. Et ad hoc dicit cam gloſ. eſſe no-  
tandum. Quibus conſonat illud Virgilianum lib.ijj. Georg.

Frigidus in Venerem ſenior, fruſtraque laborem

Ingratum trahit: & ſi quando ad prelia ventum eſt,

Vi quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis,

Incaſſum furit. --

¶ Agatho in Platoniſ Sympoſio, recenſet Cupidiñem deorum omnium maximē Cupido omnī  
iuuenem eſſe, cuiusque rei argumentum affert, quod ſeneclutem fugit, cāmque natu- Deorum maxi  
ra odit: iuuenibus autem ſe miſcat, cūm fit vetus prouerbiuſ, ſimile ſimili ſemper  
hærere. De qua re etiam loquens Tzetzes Hiftor. Chil.v.cap.xv.

Νέον δὲ τὸν γράφοντα σωμάτια καὶ ώραῖον

Διὰ τὸ ἐρᾶσθαι καὶ ἔραγον πρεπέδος νέα φύση.

Iuuenem autem hunc pingunt, ſimilē & formofum

Veluti quod amari & amare deceat iuuenem etatem.

Scribit idem Plato de Republica libr.j.circa initia, quod ſeneclutem libidines reſtin-  
guuntur, & in ea attate pax eſt, & libertas à rebus venereis. Quem locum imitatus  
Cicerō de ſeneclutem ita inquit: O p̄eclarum munus attatis, ſiquidem id auſert à  
nobis, quod eſt etiam in adolescentia vitiosissimum! de voluptatibus enim venereis  
petiſſimum loquitur. Et e noſtriſ Archi. in cap.tanta.lxxxvj.di. dicit, quod ſene-  
clutus a voluptatibus liberat, impudentiſſimus dominis, impoſitique modum libidi-  
ni. Cuius rei tex. eſt in cfraternitatē. xxiiij.di. vbi atas ſenilis future incontinentia  
ſuſpicionem auſert. & in cap.cum in iuuentute de preſump.vbi ſcribitur, quod  
labes huiuſmodi libidinis, qua nonnunquam in iuuentute contraſtitur, in ſene-  
clutem frequentiū expiat. Hincque illud Basiliſ illius Magni, ἡ γῆρας σωφρο-  
σωγή, ἡ σωφροσύνη, ἀλλ' ἀκολαſtikē ἀδωματια. id eſt, Continentia in ſeneclutem, non  
continentia eſt, ſed libidinis impotentia.

Senecle libi-  
dines reſtin-  
guuntur.

¶ Sophocles autem iam vetulus à quopiam interrogatus, poſſetne congredi cum De eadem re.  
mulicre, Bona verba (inquit) ὁ homo: nam liber iam ſum factus, & ab inclemen-  
tibus iſtis & furioſis dominis aufugi attatis beneficio. Autor Plutarchus in libello  
πορὶ φιλοπλαντιας, ideſt, de cupiditate diuitiarum: iterūmque in libr. ἀ τροποῦ τῆς  
πολιτείας, id eſt, num ſeni gerenda Republ. Huius verba Græca ſunt, ὁ γῆρας  
Σοφοκλῆς ἀπομενθεὶς γενεγάνως ἀποπιθενέντας, λαβάτερ ἀρχοντας  
λιτόντα δειπνότα. Quod & Plato ſtatim in princ.lib.j. de Repub. & Tullius lib.de  
Senet. & Valerius Maximus lib.iiij.cap.ijj. Philoſtratus in Vita Apollonij Ty-  
nai, Clemens Alexandrinus lib.Pædagog.ij.cap.x. & Marcellinus ad eundem pro-  
p̄e modum traſiderunt. Quanquam Icio Athenæum & Hegesandrum traſidiſſe,  
Sophoclem iſam ſenem Theoridem & Archippen deperiſſe.

¶ Sed vt redēamus ad principale noſtrum iſtitutum, ſuperioribus concinit illud  
Flacci Tibulli antiqui Poētæ Comici, in fabula, cui Helenam nomen poſuit, apud  
Fulgentium de Vocum antiquar. interpretatione,  
Tūne amare audes edentule, & capularis ſenex?  
Illud quoque alterius Comici Plauti in Mercatore,  
Tūn, capite cano amas ſenex nequifime?

Sivng

Si vñquam vidisti pictum amatorē, hem illic est.

Nam meo quidem animo vetulus decrepitus senex

Tantundem, quasi sit signum pictum in pariete.

Proinde apud eundem autorem in Milite, Palæstrio luculenter dicit, adolescentulam mulierem esse & nuptam & viduam, quæ seni nupta est.

Et paulò pōst:

**12** ¶ Nam licet ea verè nupta sit, tamen censetur esse vidua, cùm maritum habeat senem, idéque inutilem, ex sententia Accurſij in l. vlt. C. ad leg. Fau. de plagia. Id quod Balib. trahit ad priuilegia concessa viduis, ut videlicet huiusmodi mulieribus competant, qua habent maritos inutiles: quod multum notandum esse Iason dicit in repet. l. ſi is qui pro emptore, col. liij. versicul. adde quod Io. de lig. D. de vſuca. Illam autem gloſ. dicit valde ſing. Alex. in addi. Bart. in l. eleganter. ſ. qui reprobos. D. de pig. actio. & confi. ro 4. ſtarutum loquens. lib. j. & Barb. confi. 46. ſcripit præclarè. col. j. libr. j. & in tract. de præstantia Cardinalium, parte j. quæſti. xi. col. j. vbi & hoc dicit procedere in ſtatutis loquentibus de viduis. quod & idem dicit Feli. in c. ſignificantibus. col. iij. de offi. & pot. iud. deleg. Sed & illam gloſ. ſequitur Iason in l. ſi dari. circa medium. D. de verb. obliga. & Franci. Pur. in l. col. vij. versic. ex quo diſto. D. de iurif. omn. iudi. Et hoc certè confirmat tex. in cap. inter corporalia. extra de transla. præla vbi ecclēſia dicitur viduata ſponſo, id eſt, Episcope, quæ habet Episcopum inutilem: quod ibi Bald. etiam trahit ad mulierem, quæ haber maritum inutilem. Hūc ſpectat, quod apud Ouidium Deianira ſe viduam eſſe profitetur, quoniam nullas ex marito Hercule oblectationes referat, cùm ferè ſemper longius abeſſer:

Vir mihi ſemper abeſſt, & coniuge notior hospes,

Monſtrāque, terribiles peſequiturque feras.

Ipsa domo vidua votis opeſa pudicis

Torquer, infeſto ne vir ab hoſte cadat.

Licet enim ibi Vidua, ad domum referatur, tamen non ob aliud domum viduam vocat, quām quod ipsa vidua eſſet ob mariti absentiam. Et Plautus in Sthico, Penelope, quæ diuitiis marito ſuo caruerat, viduam quoque appellat:

Credo ego miſeram fuſſe Penelope ſoror ſuo

Ex animo, que tandem vidua viro ſuo caruit.

Et Seneca Tragediographus in Agamemnone:

Decem per annos vidua reſpiciam virum?

Ibi enim Clytaemneſtra loquitur de Agamemnone marito.

**13** ¶ Sed vt ad institutum negotium redēamus, Euripidis ſententia eſt, in Danaë, apud Stobæum cap. xlxi.

Kαὶ τὸν παρενθῶν τάσσοντος νεώτεροι,

Μὴ πρὸς τὸ γῆρας τὸν γέρας παραμένεις

Σχλη̄ τεκνῶδης ταῦτας, δὲ γέροντοι,

τυναικὶ τὸ ἔχθρον χεῖνα πρεσβύτερος αὐτῷ.

Et nunc iuuenes adhortor omnes,

Ne in ſenectute nuptias celebrantes

Vix liberos procreent. Nec enim voluptas eſt,

Senex uir inimica mulieri ſenex vir.

mīca res uxori.

ri.

Sed res inimica mulieri ſenex vir.

γέροντος γέραις πρεσβύτερος αὐτῷ.

Amaris iuueni uxori ſenex maritus.

Homerus autem longo ante tempore ſatis docuerat, nihil oblectationis, nihil voluptatis eſſe mulieri in ſene marito. Nam cùm aliquando incidiſſet in mulieres, qua Cereri ſacrum faciebant in triuio, vñaque ex iis iuſſiſſet illum faceſſe, ille indignatus haec in eam cecinit, ut tradit Herodotus in vita illius:

Κλῦθε μοι ἐνχαμένῳ λεπρόφορε, οὐος δὲ γυναικες

Τὴν δὲ νέων μηδὲ αὐτηναῦδη φιλότεστη καὶ ἐννήν.

Et post pauca:

H. R.

Ὕπο επιτέρεπτῳ πολιορκοτάρῳ γέρστιμ,

ὤγη μηδὲ ἀπεικλύνεται, οὐδεὶς ἐ μνονᾶ.

Quæ quidem ita non infeliciter vertit Conradus Heresbachius:

Audi flava Ceres, precor, hoc mihi perfice votum:

Hanc nunquam iuueni matronam iunge marito:

Sed tremulo fit nupta ſeni, cui vertice cani

Fundantur crines, gelida ſuperant ſenecta:

Is cupiat tamū, efferto nil corpore poſit.

Tanquam ſcilicet maius malū non potuifſet Homerus ei mulieri imprecari, quām vt ſeni viro nuberet.

**14** ¶ Plutarchus autem problematon c. lxxxv. quærit, cur mense Maio Romani uxores non ducant: cuius rei inter ceteras rationem affert, quod Maius à maiori bus natu appellatus eſt, Junius à iunioribus. Nuptiis verò accommodatior eſt iunior, ſcribente, vt ſubdit, Euripide in Andromache, licet is locum non adſcribat.

Ἄλλον τὸ γῆρας τὴν κύνηγας καὶ τὸν ἔτος,

Ἔτερον τὸν γῆρας τὸν γέρας τὸν ἔτος.

Id eſt,

Verū ſenecta iubet valere Ὑπρίδη:

Et ipſa rurſum inſenſa ſenibus eſt Venus.

Sed aut ſenectus Venerem valere iubet,

Aut Venus ſenibus moleſta eſt.

Proinde, vt ſubdit Plutarchus, abſtinent nuptiis, Iunium expectantes, qui Maius deinceps protinus excipit. Cuius etiam ceremonia meminīt Ouidius libr. v. Faſtom. Sed & illius ſententia Euripidis meminīt & ipſe Plutarchus in libro, Num ſeni gerenda ſit Republiça. Ceterum idem ipſe in Solone ſcribit, Dionysium Tyrannum iam vetulum, cùm rogaretur à matre, vt quandam ex ciuibus in matrimonium acciperet, respondiſſe. Ciuitatis quidem leges abrogari à tyranno, naturæ autem leges cogi nullo modo poſſe, ſi præter aetatem vxori ſe iuxerit. Hanc autem absurditatē ac deformitatem ſibi in ciuitatem minimè inducendam videri. Nec permittendum, vt affinitates alieno tempore fierent, quæ neque gratiæ quippiam, nec officijs, nec finem nuptiarum eſſent habitura. Verū in ſenem, qui dicit pueram, à diligente principe, aut legum latoce id optimo iure queat dici, quod in Philoſtetē dictum memoratur. Quām bene igitur nubere potes miſer, ac habitans in thalamo diuitiis verula, vt perdiſces, ex concubitu te pingue compriens, tranfibis ad ſponsam viri indigentem. Ita enim legitur vulgo in noſtriſ codicibus Latinis, & quidem corrupte, vt & Graci quoque codices quotquot haſtentuſ vidimus, corrupti ſunt: ſed ita tamen, vt facilè ex iis intelligas, non Dionysium ipsum à matre rogarum vxorem accipere, ſed matrem ipſam virū duſere voluifſe, eīq; Dionysium illud dixiſſe, τὸς μηδὲ πόλεως νόμος λεπτονέα τυραννῶν, τὸς δὲ πόλεως φύσιος, ἐπὶ δίνατος διάτελος, γάμος νυμφαρωγῶν πρὸς ἀλισσαῖς. Cui planè colonat, quod tradit ipſe Plutarchus in Apophthegmatiſ, nempe Dionysium ipſum matri ſua præter aetatem nubere cupienti dixiſſe. Ciuitia quidem iura violari poſſe, naturæ autem minimè Athanasiſ (ſue eſt Theophylactus) enarrans illam Pauli ad Hebreos poſtremo c. ſententiam, qua protulit honorabiles nuptias in omnibus. Nuptiæ (inquit) aetate prouectioribus minus conueniunt. Et Claudianus in Carm. de nuptiis Honorij & Mariae, à domicilio Veneris submouet & excludit ſenium:

Hos inter petulans alta ceruice iuuentus

Excludit ſenium.

Non iniurta igitur probro datum eſt Ciceroni, quod ſexagenarius Publia virginem vxorem duxiſſet: quod excuſare volēs Tyro libertus illius, idcirco id factum fuſſe tradidit, vt aſ alienum, quo maximō obruebatur, diſoluere poſſet. erat enim Publia opulentissima. Cuius rei meminīt Plutarchus in vita illius. Sed & Pompeius ob id repræhensus eſt, quod iam in aetatem vergens, duxiſſet Corneliam Metelli Scipionis filiam, & iuuenem, & multis amoris gratiis dotatam, filioque ipſius

Roma. uxores  
mense Maio nō  
ducunt.

Dionysij ſenis  
ad nuptias ro-  
gati reſpoſum.

Ciceroni pro-  
bro datū, quod  
ſenex pueram  
duxiſſet.

magis copulandam, vt & ipse Plutarchus tradit in vita illius.

**15** ¶ Hæc autem haud dubiè palam adstruit Astronomica ratio. Venus enim præses  
Venus & Sa- rei vxoriarum, & Saturnus senectutis antistes, vt Astronomis placuit, omnium ma-  
turnus repugnat ximè sunt inter se inimici, sibiq; è diametro repugnantes, & diuersi. A quo non longe  
dissidet, quod prodit Proclus Platonicus Philosophus, etatuum ordinem sequi  
ordinem vniuerfi, planetarūque rationem. Septimam autem, & eam quidem po-  
stremam, Saturni consequi potestatem: in qua naturæ consentaneum est, à genera-  
tione sequestrari, & à corporeis abiungi, alteram & incorpoream vitam affectan-  
do. Nam decrepitos inuadens Saturnus implet naturæ suæ malis, frigiditate, pigris-  
tia, & tristitia querula. Quod & à Marsilio Ficino inter Platonicos non postremo,  
annotatum est: vt non immerito cecinerit, quisquis si fuit apud Gracos,  
regiū ἐρεσίς ἔχεται λακούτιον.

**Senex amator miserrimus.** Quo significatur, extream sortem malorum esse senem amatorem. Cui conci-  
nens Menander apud Stobæum Ser. 113.

Ὥντις ἀνὴ γρῖοις ἐρῶνται οὐκέτιάτεροι  
Ὥντις γένοις θετοὶ πλην ἐπερθετοὶ γέρων ἐρῶν.  
Ὥς γέρες ἀστολάντευτοι βόλειδοι ἄντοιολέπετοι  
Δια τὸ γένοντος τῶν στρατῶν εἰς ἀπλιθοτοῖς

Nil miserius esse potest amante

Sene, nisi alius senex amans.

Nam qui frui cupit rebus à quibus arctur

Propter tempus, quomodo ille non miser est?

Et Aristophanes in Ἑκκλησιαζούσιοι, id est, concionantibus, vbi inducit Blepyron se-  
nem hac conquerentem:

Οὐ μοι λεποδαίμων, ὁ γέρων ἀνὴ γέρων

Τωνάκος. Id est,

Hei mihi infelici, qui senex existens, duxi

Vxorem. --

**16** ¶ Et Mimmernus, aut vt alij vocant, Mnimermus, Smyrnæus siue Astypalæus;  
De eadem re. apud Stobæum Serm. lxj.

Κρυπταῖνει φιλότης, οὐ μελίχη οἰδηροί, καὶ ἔννη.

Ἄνθεα εἰ ἕπεις γίγνεται αἴτητος

Ἀνδρόσαιοις ἕπεις γυναικί, ἐπέι δὲ ὁδωπόροις ἐπέλθει  
γῆρας ἐπειδή τοις ἀρχεῖον δύναται ηταλόν ἀνθρώποις τιθεῖ,

Ἄντις μηδ φρύνεις ἀκριφή λανγάν τερπος μέρινας,

Ὥντις ἀγύεις προσορῶμη τρέπεται τοῖς θεοῖς.

Ἀλλ' ἔχθρος μηδ παισιγάτηματος δε γυναιξί

Ὥστις ἀγενάλευτος γῆρας ἐθηκε θεοῖς.

Id est, ex Gesneri versione:

Amor occultus, & blanda munera, & lectus,

Rapide carpendi sunt iuuentutis flores

Viris & mulieribus: vbi vero molesta ingruerit senectus,

Que pulchrum etiam virum reddit informem,

Semper tum graues animum rodunt cure:

Nec Solis aspectu delectatur senex.

Oderunt illum pueri, contemnunt mulieres:

Adeo miseram Deus senectutem fecit.

**17** ¶ Hincque illud Tibulli lib. j. Eleg. ij. ad fin. de sene amatore loquentis,  
Despiciere ad= Hunc puer hunc iuuenis turba circunterit arcta:

uerbis incanta- Despici in molles & sibi quisque sinu.

tiones, & alia Veluti rem hanc monstrans, & in ultimas terras asportandam censeat. Sic enim  
id genus. despiciimus comitiales morbos, id est, contagia regerimus, & fascinationes repercu-  
timus,

timus, & alia quæ sequuntur apud Plinium lib. xxvij. cap. iiiij. quibus ostendit maxi-  
mas vires inesse in huiusmodi in finum expputationibus. Nam & idem Plinius li-  
bro x. cap. xxij. in fi. tradit ipsum comitiale morbum despici suetum. Vnde etiam  
Plautus in Captiuis:

T Y N. Et illi isthie qui insputatur morbus, interdum venit:

Proin tu ab isthac procul recedas. AE G I O. Vlro istum à me. A R I. Ain' verbero?

Me rabisum, atque insectatum hastis meum memoras patrem?

Et cum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier.

AE G I O. Ne revere, multis isthie morbus homines macerat,

Quibus insputare saluti fuit, atque his profuit.

Sed & ipse Plinius lib. xxv. ca. vlt. scribit Senecionē herbam, quæ à Græcis ἐργέρων  
dicitur, si quis ferro circumscriptā effodiatur, tāgātq; ea dentē, & alternis ter despiciat,  
ac reponat in cundē locum, ita vt vivat herba, dentem eum posse non doliturum.  
Idem li. xxvij. cap. ix. Experti, inquit, affirmauere plurimū referre, si virgo imponat  
nuda, ieiuna ieiuno, & alternis ter despiciat, & manu supina tangens dicat, Negat  
Apollo pestem posse crefcere, quam nuda virgo restinguat, atque ita retrorsa manu  
ter dicat, totiēsque despiciat ambo. Idem libr. xxvij. cap. xij. ad fin. tradit, circa Ari-  
minum herbam resedam nasci, qua collectiones & inflammations omnes discutiantur,  
modò quedam carmina ibi adscripta ter pronuntientur, & toties despiciatur.  
Et lib. iiij. cap. xij. scribit huiusmodi expputationes mederi furunculis. Ex quibus  
quoque est illud Catulli Epigram. xlviij. ad Licinum:

Nunc audax cave sis precē que nostras

Oramus, cave despicias ocello. Item illud Persij Sat. iiij.

Esi prope te ignotus, cubito qui tangat, & acrē

Despiciat in mores. --

Claudianus quoque Panegyr. vij. in eūdem sensum dixit Mores despiciere pro auer-  
fari & abominari. Et ex Græcis scriptoribus Theocritus:

Ὥς μὴ βασικανθᾶ δὲ τροῖς εἰς εὔαντον ποτανοῦ ποτανοῦ.

Ne quis me fascinaret, ter meum in finum despici.

Huc item respicit illud Plauti in Asinaria:

T'equē obsecro herele, ut qua locutus es, despicias.

Sed & morbos alios, vt currentur, delipientur, monet Marcellus Burdigalensis, vi-  
delicit glandulas, cap. xv.

**18** ¶ At dicet senex quispiam loquaculus, vt sunt fermè omnes, si Plutarcho Proble-  
maton symposiacorum Decade j. cap. ij. & Eustathio in Cœnis Macrobianis lib. vij.  
credimus, imò si Tullio ipſi in Catone maiore: cuius hæc verba sunt: Senectus est  
natura loquacior, ne ab omnibus eam vitiis videar vindicare. Atque etiam Plauto  
in Mercatore, qui eos garrulos dicit. & Aristot. libr. ij. Rheticorium, c. xiiij. vbi &  
huius rationem reddit. Et Isocrati in Panathen. & Homero libr. ij. Iliad. vbi Iris id  
Priamo seni exprobrat, dicet (inquam) senex maritus, Quod opere nō potero per-  
ficere, verbis quidem rerūmque & historiarum antiquarum narrationibus com-  
pensabo, quibus aures & animum vxoris demulcebo, à coītūsque cogitatione auo-  
cabo. Cui illud tantum respondere, Non admodum placere mulieribus illud Ho-  
mericum de senibus lib. iiij. Iliados:

Γρίπαι διὰ ποτέμοι πεπανυθέντοι, ἀλλ' ἀγορίσας

Εδολοι. --

Iam ob senium bello desueti, at dicere tantum

Eregejy. -- Illud item eiusdem lib. iiij. eiusdem operis de Tydei filio:

Χερνα μάχη, ἀγόρευτη δὲ τὸ ἀμάρτιον

Inferiore pugna, sed dicendo priorem.

Quæ & ipsa trahit Erasm. ad senes libidinosos. Aut etiā simile illud Vir. li. ii. Aen.

-- Lingua melior, sed frigida bello Dextera. --

Quoniam vt apud Homerum lib. ciuidem Iliados xvij. dicit Patroclus:

Ἐγ γέροντες πολέμος, ἐπειδή δὲ ἐνὶ Κελη-

IN SEXTAM LEG. CONVVB.

τὸς ἔτει μὲν δούλου δρέπανη, ἀλλὰ μάχεσθαι.

Molimentum præcili in manibus est, consilij in verbis.

Ea propter non loquacitatem nunc opus est, sed pugnacitatem.

Ex quo & illud Virgilianum lib. x. Aeneidos,

—Sed non & Trojus heros.

Dicit parat contraria cum nam torquet in hostem.

Quem imitatus Silius lib. v.

At contraria non dicit Llyb, sed feruidus hastam Peribut. —

Ante utrumque Plautus in Truculento ita facit Stratophanem militem loquentem:

Né expectetis spectatores, meas pugnas dum prædicem.

Manibus duella prædicare soleo, haud in sermonibus.

Vbi factio est? —  
Pus, verba non sufficiunt.  
Et ut cum nostris loquar, vbi factio opus est, verba non sufficiunt. Ad quod allegatur tex. in c. j. vbi etiam est bona glo. ext. de eo qui mit. in pos. & in l. qui decem. §. j. verbi. idem responsum. D. de statu. & l. seruus si hæredi. in f. D. de statu lib. & in l. j. §. hæc autem verba. D. quod quisq. iur. vbi not. Iason in iiiij. not. adducitur; concord. quas ibi videre licet. Sed vnum tex. non omiserim omnium in eam rem elegantissimum, in l. j. §. tulisse. D. de S. C. Syll. vbi ita scribitur: Non tamen, qui clamore vñus est, auxiliū tulisse videtur. Quid enim, si cum possit manu depellere a domino periculū, ille clamorem inanem elegit? Sed & illud dictum vñspurauit glos. in c. pastoralis, in glo. vi. de offi. ord. & in c. vt circa, in verbo, præstito. de elect. li. vi. Pet. An. confi. 235. prima facie dicetur. in prin. & conf. 330. vñsa facti narratione. col. i. j. verbi ad proposi- tum. & conf. 331. vñsa diligenter actis, post prin. & Alex. in l. si mora. col. i. j. D. solut. mat. & conf. 330. in causa Strazorotorū. col. iiiij. versi. & si diceres. in f. & seq. vbi ad hoc multa adducit. & con. 4. 4. eximie Doct. col. vi. li. vii. & Hipp. Marli. qui & in cārē pleraq. affert, qua de industria omitto, in l. qui falsa. col. viij. vers. vi. D. de falsis Verba non impicit marsupiū. & nostri D. s. xpe. Et ut solent dicere Germani, referente Bebelio, Verba non im- plant marsupium. Et Plautus in Epidico:

Nam quid igitur te mihi esse retulit

Beneficium oratione, si ad sem auxilium emortuum es?

Et Terentius in Adelphis:

Neque tu verbis solues vñquam, quod mihi male feceris.

Senectus nō oī. 19 Sed & si forte fortuna contingat, ut vir senior cum vxore congregiatur: neque enim impossibile est, cum nemo sit adeo senex, quin aliquando calere posset vel natura, vel arte, ut dicit glo. in c. nuptiarum. in verbo, in quibusdam. xxvij. q. j. & senes interdum aliquo beneficio mouentur ad coitum, ut dicit glo. in c. i. extra de frig. & malefi. Id quod confirmat Pauli Silentiarij Epigramma lib. vij.

Ο πτυχία ἀμαλθάσκοις ἐνὶ φρεσὶν οὐδ' αὐτὸν οὐδεῖν.

Οἰστροφόρος παρθένος θεραπεύει τὸν θεραπεύοντα,

Τυπωόροις βελεστούς ἀνέβασθε διὰ πτυχία Ερώτου

Αντίχνεια σοι λειτούς Κύπριοι μεταπολεῖσθαι

Δέρο μεγαγχελόωσε, σοφην ἔλα γαλαξία νικᾶς

Νικῶ πλεούσῃ τὸ πάζον μῆλον ἐπειδή μηδείς.

Qui potui inueniens sapienter temnere leges

Quondam prædulces, οὐ Venus alma, tua,

Spicula carniuorim vitare edocet amorum,

En mea colla senex sub iuga mitto tua.

Victa iacet Pallaz, magis hec cape leta tropheas,

Aurea quam pastor cum tibi mala dedit.

Horatius autem lib. Carm. iiij. Qd. j. conqueritur Venerem, quam iam diutius intermisserat, in senectute sibi rursum bella mouere: Intermissa Venus diu-

Rursum bella moues, parce precor, precor, Non sum qualis eram, &c.

Quin & Plinius lib. xxij. c. item xxij. scribit Scandicem herbam marcescentes senes iam coitus excitare. Licet igitur (vt repetam) senes aliquando moueantur ad Vene-

rem

GLOSSAE PRIMAE PARS VI.

99

rem natura, vel arte: Tamen aut sunt seminis expertes: aut si quod habent, est agnon, id est, sterile, non prolificum, non genitale, siue dignitatum, ut ita loquar, propter inutilis excrementi permissionem, quia corum natura non satis potest conce-  
re. Autors Aristot. lib. j. de Generatione animalium, c. xvij. & Galenus circa initia lib. i. de Sanitate tuenda, inquietus in hunc fermè sensum: Labor, cibus, potus, somnus, omni atati communia. Venus verò atate tantum florétum est: quæ autem hanc vel præcedunt atates, vel sequuntur, aut planè semen non effundunt, aut certè infecundum, aut malè fecundum emitunt. Quod & affirmat Albertus Magnus lib. de Animalibus v. tra. i. c. j. & li. io. tra. i. c. j. Et hinc Senectus effecta, id est, gignen-  
di vi & potestate destituta, & exhausta, à Virgilio dicitur illo versu supra citato:  
Sed mibi tarda gelu scilique effecta senectus.

20 Ideoque legi Papia Poppea (ita enim legendum est, non Pompeia) à Tiberio Cæ-  
fare edita, cautum est, ne sexagenarij vxorē duceret, tanquā ad generandum minimè  
idonei. Autor Tranquillus in Claudio, & meminit Seneca in libris Moralis Philo-  
sophiae, & Laetantius lib. j. c. xv. & Imperator noster in l. p. C. de nupt. quā & ita in-  
telligit Raph. Fulg. conf. i. 12. quedā mulier. col. i. j. verbi in primo videtur, vbi ex hoc  
in pulchro casu consuluit. Ex quo & alibi sanctum est, ne minor sit lxvj. annis, qui  
arrogat, quoniam magis liberorum procreationi studere debet. l. si paterfam. §. vlt.  
D. de adopt. tāquam post huiusmodi atatem, huius rei vacationem natura ipsa de-  
derit. Et apud Plautum in Mercatore hanc legē præscribunt adolescentes senibus:  
Annos natūrū sexaginta qui erit, si quem scibimus  
Seu maritum, siue hercle adē cælibem scortarier,  
Cum eo nos hic lege agemus. —

21 Ergo si huiusmodi prouectioris atatis viri vxores ducant, cāscipimē impræ-  
gnēt, (quod vtiq. s. p. vñsi eueniit) hoc certè vxores molestissimè patientur. Nā  
cūm semper alijs, nihil æquē dipter natura, quām aliud, quale ipsum est, producere,  
vel Aristotelis testimonio lib. i. Oecono. c. j. & lib. i. j. de Anima, & alibi s. xpe. Nititur  
enim summis viribus insita potestas, vt se ad effigiem quandam & imaginem im-  
mortalitatis, & diuinitatis componat: vt quoniam corruptioni obnoxii idem nu-  
mero animal, nequit perseverare, ortu vicari, omortalitati, qua fieri potest ratione,  
adminiculetur, ac velut tibicinibus præfultam ab occasu vindicet. In quam senten-  
tiam Nicol. Lyr. detorquet illud 2. Reg. Ita est enim lex Adam Domine Deus. Illud  
quoq. Iob 30. Abstulit quasi ventus desiderium meum. Tum verò maximè in hu-  
iismodi desiderium mulieres veluti feruntur præcipites. Est enim, vt scribit Plato  
in Timao, ad f. & ex eo repetit Galenus li. v. Locorum affectorum, c. v. vulua ma-  
trixq. in fœminis, animal audiuim generandi: & quando procul à fecu per atatis  
florem, aut vltre diutius detinetur, ægrè fert moram, ac multum indignatur, pa-  
simque per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, ex-  
tremis vexat angustiis, morbis deniq. omnibus premit, quousque cupido amó-  
que quasi ex arboribus fecutum fructum producat. Idq. est, quod nostra leges  
proclamat, naturam ad hoc mulieres genuisse, vt partus ederent, maximāque  
eis esse ciui rei cupiditatē. l. ambiguitates. C. de indic. vidui. Et vt alibi scribitur,  
maximum ac præcipuum munus carum est, concipere, ac tueri conceptum. l. queri-  
tur §. j. D. de c. d. edic. Et pudor est fœminis nuptiarū præmia non habere. c. pudor.  
xxxvij. q. i. j. Hinc illa vox Rachelis virum alloquens, Gene. xxx. Da mihi liberos,  
alioquin moriar. Et illa quoque Anna admonitio apud Virgilium libr. iiij. Aeneid.  
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris.

Nam vt scribit Euripides in Phoenissis:

Καὶ φιλότεκνή τως πάνη γυναικῶν γῆ.

Quo significatur, vniuersum mulierum genus amans liberorum esse: quod non  
tam de liberis iam natis, quām de desiderio pariendi liberos intelligi, declarant  
verba præcedentia.

Natura fūsus  
cupidi similes  
nostrī gignen-  
di.

Vulua genera-  
di aida.

Mulieres in  
hoc genite, ut  
Partus edant.

r 3

22 ¶ Quod si quispiam in hac parte nobis obiciat Masinissam Numidiam regem & Canthonem Censorium, & Vladislauum Lituanum regem Poloniam: quorum ille post 86. annos Memor filius thymatus (alij legunt Methymatuum, alij Mechium, alij Mathumamum, alij denique Mathimatum) filium genuit: alter lxxxviii. etatis anno, ex filia Salonis clientis sui alterum Catonem, autem Vticeum, procreauit. Huic autem nonagenario duo filii natu sunt Vladislauus & Casimirus. De prioribus meminerunt Plinius, vii. Naturalis Historia, c. xiiij. & Solinus in Polyhistore, c. iiiij. & praeterea de Masinissa Valerius Maximus, li. viij. ca. xiij. & Iulius Florus epitome, 50. De posteriore autem, Acneas Pius in Europa, c. xxv. Si haec (inquam) quis nobis obiciat, sciat haec pro miraculo, regem memorabilis, fuisse scriptis demadata. Nam quae raro eueniunt, vice miraculi habentur. §. quantumcunque, in auth. de Consul. Sicuti non absimiliter pro miraculo habetur, si mulier quinquagenaria liberos genuerit. I. si maior. C. de legi. h. a. red. Igitur non temere dicendum est ac scriptum à Soci. confi. 5. super proposita consultatione, col. j. & i. libr. iiij. quod licet contingere possit, ut octogenarii aliquando generent: quia tamen id non est ex communiter accidentibus, certe si octogenario cuiusdam dicatur natus fuisse filius, ut ei succedat, id non presumetur, nec ei succedit. Quod tamen non hoc adscripti, quod ita sentiam de nato in matrimonio, nisi aliter constaret de impotentia mariti.

Octogenario  
natus filius an  
succedat.

23 ¶ Sed fac illud esse veluti ordinarium & proprie quotidianum, ut senes filios generent: certe illud quoque hinc necessariò sequitur, ut vel eos posthumos habituri sint, cum mors a senibus longius abesse non possit: vel si illis adhuc viuentibus nascantur, non satis temporis eis supererit, quo eos educare & instituere possint. Scitum est enim illud Megadori senis apud Plautum in Aulul.

*Post medium etatem qui dicit vxorem domum,  
Si eam senex prævantem fortitudi fecerit,  
Quid dubitas, quin sicut paratum nomen puero Posthumus.*

24 ¶ Adde, quod cum nihil sit, quod magis matrimonium deceat, quam viri & vxoris amicitia, ut saepe alias diximus, est senectus veluti amicitiae inimica. Senes enim ob natura deficientis imbecillitatem, his ut plurimum carent, quibus amicitia initur, atque conservatur: ut potest cum sint intratractabiles, morosi, difficilisque admodum conuersationis, quae ad amicitiam conciliandam plurimum valet: sicuti Aristoteles tradit libr. viij. Ethico. c. vj. ita scribens, In seueris atque senibus tanto minus fit amicitia, quanto difficiliores sunt, & minus congregacionibus gaudent. Hac enim ad amicitiam maximè spectare, & ipsam efficere videntur. Et profecto ex consuetudine, Veneris incentiu, & auctus effervescent, dicente Lucretio, Consuetudo concinnat amorem. Cui concinens tex. apud nos in c. veniens. extra, de eo qui cognoscit. Confundit manus, & cōsanguineam vxoris suae, ita ait: Deinde ex conuersatione diurna sorori puerile carnaliter se coniunxit. Propterea Apuleius lib. vj. scitissime consuetudinem Veneti ministram facit. Ad quam etiam sententiam spectat illud Ciceronis in Lælio: Auxit benevolentiam consuetudo. Porro autem morosos & difficiles, querulosoq; senes esse, præter Aristotelem fatetur Tullius, in libr. de Senectute, tamen non tam ad etatem, quam ad mores id referens. Et id passim experimur. Ex quo Horatius lib. j. Carmīnum Ode ix. canitē morosam vocat,

*Canities morosus. Donec virenti canities abest. Morosa.*

25 ¶ Sed & alia sunt senectutis inconvenientia, ob quae senes ipsi ab uxoribus amari haud queunt, sūntque illis radio, contemptui, odio: præferrim si sint adolescentes: quanto temptui, odio, niā, vt ait Terentius in Hecyra, Odiosa est haec ætas adolescentis. quem è nos. stris citat Lucas Pen. in l. i. col. item ij. C. de primis. lib. xij. Hac autem inconvenientia probè nouerat Iuuenalis, ea describens Sary. x.

*Seneclutis in commoda. Sed quād continua, & quantis longa senectus.  
Plena malis: deformem & teturum ante omnia vultum,  
Dissimilemque sūi, deformem pro cute pellem.*

Pend

Pendentisque genas, & tales aspice rugas,  
Quales umbriferos ubi pandit Tabracas saltus, &c.  
Vna senum facies, cum voce trementia membra,  
Et iam leue caput, madidique infantia nasi.  
Frangendus misero gingiva panis inermi.  
Visque adeo gravis vxori, natisque, sibique,  
Ut captatori moueat fastidia Coffo.  
Cæcilij quoque antiqui Poëtae in Hephaestione sententia est, apud Ciceronem in lib. de Senectute, & Nonium Marcellum statim in priu. lib. de Proprietate sermon.  
Tum etiam in senectute hoc deputato miserrimum  
Sentire ea etate esse odiosum se alteri.  
Quibus concinens Mnimmermus apud Stobæum cap. lx.  
— Επεὶ δὲ ὁδῶντος ἐπέλθει τῆρας, & reliqua, quæ nos adscriptissimus suprà num. 15.  
Et rursus apud eundem Stobæum cap. cxiiij.  
Ἄλλ' ὀλιοχόνιον γίνεται, ἔπειτε ὄντας,  
Ὕπηρ τιμωσα, τὸ οὐρανοῦ κοὐλόντος αἰμαρφού  
τῆρας ὑπὲρ λεφαλῆς κάτικτος ὑπερέργεια.  
Ἐλθόντος δὲ σφέματος, ὅτε ἀρνεούτος τιθεται αὐτῷ.  
Sed breue tempus durat instar somni.  
Inuentus pretiosa: difficultis autem, deformisque  
Senectus statim imminent capit.  
Odiosa simul & contempta, que virum reddit obscurum.  
Estque etiam in idem illa Menandri sententia cap. cxiiij.  
τινούς δὲ δρέματα γεράνῳ γε δικίς μένον.  
Amarulentus est alumnus senex domi manens.

26 ¶ Ex quo factum est, ut apud antiquos scriptores senium pro tempore, molestia, & *Senium pro tempore, molestia, odio.*  
odio plerunque poneretur, ut eidem Marcello placet, ad hoc referenti illud Aetij in Epinausimache, Mors amici subigit, quod mihi est senium multo accerrimum. Illud quoque Turpilij in Demiurgo. Quia enim odio & senio mihi nuptiae. Et multa a- liorum testimonia, quæ ne prolixior sim, prudens omitto. Illud tamen Plauti addi- dero in Sticho.  
*Heres vite me saturant, mihi diuidie & senio sunt.* Et in Truculento,  
Malè quod mulier incipit, nisi efficere perpetiar,  
Id illi morbo, id illi senio est.  
Itēmus illud Tullij in Oratione pro Milone: Lugen Senatus: mōret Equester ordo: tota ciuitas confecta senio est. Nec desunt, qui ad hunc quoque sensum trahant illud Claudiani libr. iiij. de Raptu Proserpinæ,  
*Ignani senium cognovimus eui.*  
Quibus astipulatus Homerus, qui libr. xix. Iliados, senectutem odiosam sive mo- lictam vocat,  
*Figeti te surēpō, &c.*  
Addo & sordidam, sive sordentem, & turpem: quod amori admodum repugnat. *Sordida cantities.*  
Sic Statius libr. II.  
— Veteri stat sordida tabo  
Vtraque canities.— Et libr. vij.  
Ecce truces oculos sordentibus obstita canis. Et Marullus:  
Turpem canitatem pati.

27 ¶ Ex hisque fit, quod licet alias non valeat donatio inter virum & vxorem, D. & C. *Valet donatio facta à seni mārito uxori ius ueni.*  
de dona, inter vir. & vxo. per totum: valet tamen, si donet senex matutus vxori iuueni, veluti magis compensans, remuneransque vxoris ipsius ex sua senectute iaclaturam, & incommoda, quam gratis tribuens, ut plenè no. per Doct. in l. si voluntate. C. de dot. promis. & in l. si diuortio. D. de verb. oblig. Ro. con. 4. 45. consul-

tatio præsens, col.iiij. & Guid. Pap. confi.iiij. Nobilis Guicharda. in fin. & Bal. Nonnullus in tract. de dote. §.x. col.iiij. verl. quid autem si talis. cum aliis simi. à me alibi copiosè adductis.

28

**F**emine iuuenes senum amplexus refugiuntur. ¶ Quæ cùm ita sint, ideo verè cecinit Catullus,  
Et sensi amplexus culta puella fugit.  
Et apud Apuleium libro quinto Afini aurei, Mulier quadam dolenter queritur, in que primo sive miseria loco reponit, quod nacta esset seniorem maritum: At ego (inquit) misera primùm patre meo seniorem maritum fortita sum. Dein. &c. Bart. auctem noster in l. Mutianæ. col. vlt. in prin. D. de condi. & demon. scribit vxores iuuenes cupere mortem senum maritorum solere. quod & ipsum tradit idem Bar. & post eum Paul. Cast. in l. pater Seuerinam. §. socrus, eo. tit. ita intelligentes glof. ibi simpliciter loquentem de vxoribus. Et hinc quoque sapiūs vxorum adulteria prosciscuntur, tum quia cum mariti senes sint admodum in Venerem segenes, vxores ipsa aliorum concubitum haud renunt: inò vero sponte nec rogata, perulante rogan, quòd suam, quantum possunt maximè libidinem expleant. Tum quia maritos senes minime diligant, iis, quæ iam dictæ sunt, rationibus. Ideoque Theognis sententia est, incommodam esse vxorem iuuenem viro seni. Neque eam gubernando regi posse, vt nauem, neque anchoris detineri, sed abruptis funibus, sapiūs noctu alium portum petere, id est, aliorum concubitum sectari. Carmen ipsius est huiusmodi:

ὅτι σύνφορον θεὶ γυνὴ νέα μάστι γέρον,  
σὺ γάρ των πλατών τεθέλει, ὡς ἄκαλο.  
οὐδὲ ἀγκυστηρέχοντι ἀποβέβησα δὲ θεομά  
πολλάκις ἐν νυκτὶ ἀλλοι γέχε λιμένα.

Quam quidem sententiam ex eo affert Clemens Alexandrinus lib. Stromaton vj. vbi & aliam in eandem rem adducit ex Aristophane:  
Ἄλχορον νέα γυναικί, πρεσβύτης αὐτῆς.  
Turpis res iuueni vxori, senex vir.

29

**V**xorum iuueni maritos imperii. ¶ Ex quo etiam fonte manat impotētissimum, imperiosissimumque illud vxorum iuuenem in huiusmodi senes maritos imperium. Nam vt scribit Aristophanes, γε θεοφοριζόστις, id tamen Euripidi attribuens,

Διατοικει γάρ γέρον νομόφιο γυνή. Id est, ad verbum,

Domina enim seni sposo vxori.

Quod & ex Euripide in Phoenice repetit Stobæus Serm. 69. Et Quintilianus, si is est (quod nondum credimus) in ea Declamatione, cuius titulus est, Cæcüs in limine: Genus (inquit) infimæ seruitutis esse, senem maritum. Ideo & paulò post, eandem, quæ seni nupserat, vxorem & dominam appellant.

30

**A**urora senem Tithonum senem, dicente Propertio lib. iij. ad Cynthiam:  
At non Tithoni sphenens Aurora senectam,

Deserunt Coa pafsa iacere domo est.

Cum sene non puduit talem dormire puellam,

Et cane totiens oscula ferre come.

Id enim fabulosum, & ex commento fuisse à Propertio, unde cuncte causam suam muniente, confitum potius dixerim, quæ verum: aut si verum fuit, id certè, quod semel tantum vsu euenerit, perinde esse, ac si nunquam. Nam, vt inquit Asconius, Semel vicinum est ad penè nūquā. vtq; dicit Celsus noster. Ex his quæ forte vno aliquo casu accidere possunt, iura non constituitur. I. ex his. D. de legi. Nam quod legitur Venus cum Anchise iam senecte coiussisse, vnde Aeneam ipsa peperit, non tam ex amore illius fecit, quæ quod ob oraculo accepisset, fore, vt delecto Troianorum imperio, Anchisadæ imperarent: vt à Michaële Byzantio in Violario est scriptu

scriptum. Ceterum sunt quedam mulieres, quæ lege & vi astrorum libentiū cum senibus coeant, quæ cum iuuenibus, si credimus Iulio Firmico libro Mathesos vii. capit. xviiij.

Astrorum ui  
quedam mulic  
res senibus li  
benitiū commi  
scuntur.

Senum marito  
rum zelotypia  
comes perpe  
tua.

31 ¶ Adde & aliud maximum incommodum, etiam si superiora desint, quod ex huiusmodi matrimonii virorum seniorum cum pueris procedit: nempe perpetuum ipsorum virorum zelotypiam. Quain videmus omnes quotidianè, & vidit Lycurgus ille sapientissimus Lacedemoniorum Legislator apud Xenophontem in Laconum republica, vbi haec de eo scribit: Εἴτε μέντοι συμβαίνει γεραῖς νέαν ἔχει, ἵστην τὸν τηλικότερον φυλάκτοντας μάλιστα τὰς γυναῖκας, τῷ αἰσθάνει καὶ τότε εὐόμοιο, τῷ γάρ πρεσβύτερον ἐπίτινοι ὅποιοι ἀδέσποτοι καὶ σῶμα καὶ ψυχὴ ἀγαθεῖσι, τότεν ἐπομένων τεκνοποιοῦσσι. Id est, Et si quidem contigerit, vt senex quispiam vxorem iuuniorem ducat, videns huius atatis homines maximè afferuare vxores, huius quoque rei contrarium constituit. Sanxit enim, vt cuius viri corpore animoque senior ipse magis caperetur, eo adducto ad vxorem, prolem ex eo suscipere. Quantum autem zelotypia viros torqueat, si quando eis contigerit, alibi forte dicemus.

Proverbium  
reciendum.

32 ¶ Proinde, vt id caput concludamus, reciendum est modis omnibus antiquum illud Proverbium a Diogeniano in collectaneis memoratum, ἀτε γέροντα νέαν ἐπί-  
λαμπετέοντα. id est, Semper seni iuueniculam subiecte: quo moneri videmur, vt seniori-  
res viri puellam ducant, magis quam anum, ne si frigus accesserit frigori, languete  
Veneri steriles existant nuptiae, nisi malinus huiusmodi proverbium ad alium  
vsum trahere, cum Erasmo in tertia Chiliadis centuria quinta, cap. xcj.

Anus cum iuue  
ne improbat  
matrimonium.  
vt uicti cum  
puella.

33 ¶ Superioribus tamen anneccendum Græcum Epigramma Leonidis ex ij.lib. Epi-  
grammatum Græcorum, quo æquæ improbat matrimonium anus cum iuueni, &  
veruli cum puella:  
Ἐργάνη ἔτηνε φιλοῦ ὅτι ἦν νέαν ὑπέκαν πρεσβύτεον,  
Δωδεκάλην, παρθην δ' ἀριστον; ὃδε ἐπότε.  
Καὶ γάρ ἀτασ πλευνετοτε περιέργων ἐπειποτε,  
ἄνην δ' ἔτεσσι γυναῖς ἀμφοτέροις στέψεται. Id est, vt vertit Alciatus noster:  
Nupfit anus iuueni, vetulo tibi uncta puella est.  
O nimium ex omni tempore inepta Venus.  
Aut alijs ducis, sterili vel consensu agro:  
Conuge nec fruoris, nec fruoris sobole.

Iuuenes mari-  
tetur, antequa  
scortari didice-  
rint.

34 ¶ Diuus autem Chrysostomus in Epistolam Dini Pauli ad Thessalonicenses priori rem, Homilia quinta, monet, vt iuuenes antequam scortari didicerint, connubiali iugo subiiciantur. Nam si semel se meretricibus addixerint, statim in pristinam relabi perulantiam. Et longè ante illum D. Ignatius, ταῖς νεοτεροτε γυμνεύ πρε  
σβετεροῖς ἐτραπεῖς, quibus eriam significatur, junioribus nuptias esse contrahendas, antequam meretriciis amoribus implicentur. Quod & ex eo repetit Antonius ille Monachus Melissæ libr. j. cap. xiiiij.

Astrorum in mu  
lieres maritos  
senes fortūtū,  
& contraria.

35 ¶ Nec tamen hinc discedendum putauimus, prius quæ Lectores illud admonuerimus, vt sicuti mulieres quedam vi & potentia astrorum concubitum senum appetunt, vt diximus suprà num. 29. ita etiam quedam eadem vi huic fato sunt obnoxiae, vt vel iuuenes cum maritis senibus, vel anus cum iuuenibus matrimonio copulentur. Nam cum Sol in altera quartarum duarum orientalium extiterit, scilicet in figura, in iuuentu viro seni despontabitur, vel in senectute iuuenem maritum accipiet. At si in altera duarum occidet alium extiterit, tardè marito cōiugabitur, vel in prima iuuentute seni despontabitur: vt scribit Claudio Ptolemaeus li. iiiij. Quadripartiti, cap. item iij. vbi & alia huiusmodi multa tradit, quæ ibi, si liberat, videbis. Præter hæc, vide etiam ea, quæ dixi suprà num. 6. mirum est autem.

**36** ¶ Sed iam nunc dicendum est, qua potissimum ætate vir & mulier matrimonio se debent addicere. In qua re, sicuti inter omnes conuenit, mulierem iuniorem & æta te tenera, virum quoque non ætate defessa esse debere: ita & in annorum numero palam dissidentiunt. Leges nostræ & Cæsareæ, & Pontificiæ viro annum 14. vt sit idonus matrimonio, assignarunt. Mulierem verò esse nubilem, & viro maturam tradiderunt, que xii. annos nata est. Quod tempus leges in eam rem præscriperunt, quoniam ferre semen incipit homo circiter annos bis viij. vt dicit Aristoteles lib. v. de Natura animalium, cap. xijij. vbi subdit, quod vim genitalem recipit circa annos ter septem. Prius enim dixerat, quod semen non simul incipit excerni, & posse generare: sed vis illa prolificata postea accedit.

**37** ¶ Quanquam legimus ante hos annos mares liberos genuisse, fœminas peperisse. Refert enim Alber. Rosa. in suo Indice, in verbo, matrimonium. iij. puellam nouem annorum peperisse. Diuus autem Gregorius in suo Dialogo scripsit puerum nouem annorum suam nutricem grauidam reddidisse, vt refert glos. in Summa. xx. quæst. j. & ibi etiam Archi. arque Hostien. & Ioan. And. in c. vlti. de eo qui cog. con. vxo sua. Hosti. in Summa, tit. de penit. §. cui confitendum, versi. cui pueri. Io. And. Panor. & alij, in c. j. de delict. puer. & idem Ioan. Andr. in c. puberes. col. ij. & ibi etiam Panor. de desp. impub. & Bart. in tract. differ. iuris Canonici, & Civilis. Angel. confi. 25.3. statutis. ante fin. Petr. Anc. in c. si pater. col. vij. versi. in matrimonii de testa lib. vj. Domi. confi. 2.4. quia difficilè. col. iiij. Alex. & Iason in l. in pupillari. vterque col. vlt. D. de vulg. & pupil. ipse Alexander in l. iij. col. iiij. versi. sed licet Doc. D. de vulg. & pupil. & Barb. in proce. Cle. §. nulla. col. vlti. Iason in l. moribus, quæ est ij. col. iiiij. illo tit. de vulg. & pupil. Quanquam in Dialogo Gregorij istud omnino non reperitur, vt etiam assertunt Card. Flor. & Ioan. Ana. in d. c. j. de delict. puer. Et de alio quoque annorum decem retulit Diuus Hieronymus ad Vitalem, in hæc verba: Domino, inquit, teste, non mentior. Quædam muliercula cum expositum nutritret infantem, & infillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretque cum ea parvulus, qui vsque ad x. iam peruererat annum: accedit vt plus quam pudicitia patitur, se mero ingurgitaret, accensaque libidine obscenis motibus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit consuetudinem. Necdum duo menses fuerant, & ecce fœminæ vterus intumuit. Sed & in eadem quoque Epistola planè dilucidèque ostendit ex annorum computatione Solomonem, & Achaz reges, cum essent xij. aut etiam x. annorum, filios genuisse, illum scilicet Roboam, hunc Ezechiam, & ipsos reges. Cuius etiam rei meminit Ioan. An. in d. c. vlti. de eo, qui cog. conf. Quo in loco Hosti. idem scribit cōtigisse puer x. autem xij. annorum in Castro sancti Michaëlis, in diœcesi Siscarien. Legum igitur conditores id in ea re, sicuti alijs semper, considerauerunt, quod frequentius & in pluribus vñ euénit. Nam alijs natura legem facere non potest, vt dicit Hieronymus in eo loco, quem citauimus.

**38** ¶ Et ideo quamvis leges præsumant esse puberes, & maturos nuptiis, marem scilicet in quatuordecim annis, fœminam in duodecim, & ex hac præsumptione legem statuant: tamen ex Pontificum Decretis contrarium probari potest, & si comperiat, valebit matrimonium antè contra dictum, per c. de illis, & c. vlt. de desp. impub. Quare autem fœminæ citius existimentur, sint ve citius puberes, & nuptiis idoneæ, quam masculi, Macrobius rationem nostris incognitam adfert li. j. de Somnio Scipionis, c. vij. videlicet fœminas propter votorum festinationem maturius biennio legibus liberari. Ego verò id naturæ prorsus assigno, que mulieres citius admovent generationi, veluti naturæ inferioris: vt exilia poma celerius maturescunt, robusta serius, vt dicit idem Macrobius libro septimo Saturnium, capite item viij. Et vt scribit Theophrastus de Causis plantarum libr. iiiij. c. ix. & iterum c. xij. Quæ infirmiora sunt, ea facilius celeriusque perficiuntur. A quo non longè abhorret, quod scribit Plinius libr. vij. c. iiiij. & ante illum Aristoteles libr. vij. de Historia animalium

maliū, cap. iiij. fœminas celerius gignere, quā mares, sicuti & celerius senescere. Ex quo Zeuxis pictor Agatharcho etiam pictori se de pingendi celeritate iactanti, cùm ipse diutius immoraretur operi, ita respondit: Diu pingo, quia pingo æternitati: citò nata, citò percunt, diu elaborata ferunt ætatem. Beta citò nascitur, bu, xus paulatim. Autores cùm alij plurimi, tum Plutarchus in lib. de Amicitia in mulitos diffusa. Et hoc quoq; è nostris optimè intellexit Bart. in l. iij. C. de his qui veni. æta. impet. vbi dicit, quod mulier, cùm sit breuioris vita, idèo citius perficitur, vt contingit in omnibus animalibus. Quod & ipsum ex Aristotele est libr. iiiij. de Generatione animalium, c. vj. Sed & id quoque videmus in virgultis & arboribus, vt ipse subdit: quod & afficerit Columella in libr. de arboribus, c. iiij. non semel: & ante eum Theophrastus de Causis plantarum lib. j. c. ix. Et candem penè rationem scripserunt Hosti. & Ioan. And. in c. literas. de desp. impub. Bald. in l. qua ætate. D. de testa. Panor. & Cardi. Alex. in c. vbi non est, co. titu. & Philip. Fran. in rubr. de testa. libr. vij. col. iiij. vers. & queritur primò.

**39** ¶ Possunt ergo ex nostris legibus, vt iam satis dictum est, matrimonium contraherere mares anno xijij. fœminæ xij. Sed qua tamen potissimum ætate id debeat vtere, que facere, leges ipse non decernunt. Illud tantum scriptum reliquerunt, filiam posse fe inconsulto patre matrimonio collocare, si pater eius nuptias distulerit usque ad vigesimumquintum annum: veluti senserint, fœminam intra tempus illud esse nuptiū tradendam. tex. est in Auth. sed si post. C. de inoffic. testam. & in §. causas. vers. si pater. in Authen. vt cum de appell. cog. & glos. in c. de raptoribus. in verbo, excusa. ta. xxxvij. quæst. j.

**40** ¶ Alibi autem est text. in §. generaliter. vers. nouimus enim, in Authen. de tempor. non sol. pe. sup. dot. quod quæ omnium velocissimè festinant matrimonium contrahere, non minus tamen, quā quindecim annos, expectant: & ibi Accurs. scribit forte verū esse de consuetudine. Et alibi videlicet in §. in verbo, viri potentes. Inst. de nupt. dicit, quod ille tex. consuetudinem frequentiorem hominum ponit, tanquam id plerunque homines obseruent. Et hæc sunt, quæ reperi in legibus Romanis, quæ extant. Socrates autem apud Cassiodorum lib. j. Historia, quam Tripartitam vocant, capit. nono, scribit, apud ipsos Romanos olim legem fuisse, arcetem à priuilegiis habentium uxores, eos qui annum vigesimumquintum nacti, uxores nondum duxisset: tanquam scilicet intra illam ætatem, aut in ea ipsa viri, sicuti & de fœminis diximus, uxores debeant ducere.

**41** ¶ Ascræus autem poëta, nunquam satis laudatus, viro trigesimum annum, mulieri decimumquintum ad matrimonium constituit. In hanc enim sententiam ita cecinit lib. ij. eius operis, quod inscribitur, Opera & dies:

Δέρετος δὲ γυναικαὶ τοῦ πολέμου ὄντοι ἀπολεπομέναι.

Μήτ' ἐπίθεσις μάλα τολμά, γάμῳ δέροι ἀριθμός σπέσσες.

Ηδὲ γυνὴ τίτορος οὐδέν, τεμπτεῖ δὲ γυναικότο.

Id est,

Actæ matura uxorem domum ducito,

Neque multò maiorem natu triginta annos,

Neque multò minorem. Itē enim tempestiu. sunt nupti.e.

Virgo autem pubescentis amo decimoquarto, nubat decimoquinto.

Cui quantum ad mulierem, subscriptissæ videtur Socratus Xenophon, qui in Xenophon Socratus. Oeconomico inducit Ischomachum, quem in Oeconomico imitandum proposuit, cum Socrate disserentem, uxorem se quinque & decem vix annos natam duxisse.

Quantum ad virum autem, huic concinit, quod ab Aëtio traditum est Tetrabib. iiiij. Sermone iiiij. cap. xxvj. Actatem vel iuniorem vel prouectiorem conceptionem impedire. Ideoque primum pubescentes à Venere prohiberi debere. Ita vt vir xxx.

annum, mulier decimumquatum attingat.

Lyc

42 ¶ Lycurgus, cuius cultis legibus Lacedæmoniorum respublica floruit, neglectis, Lycurgi de hac euersa est, non certam in ea re ætatem (quod apud antiquos scriptores me legisse relex. meminerim) definiuit. Illud tamen statuit, ut nemo pro voluntate vxorem ducere, & non, nisi cum in adultam ætatem peruentum iam esset, nuptias celebraret. Id enim plurimum fœcunditati ac robori conducedatur. Autores Xenophon in Repub. Lacedæmoniorum, & Plutarchus in Apophthegmatis, atque etiam in Vita ipsius Lycurgi: qui & in comparatione ipsius Lycurgi, & Numæ Pompilij, scribit, Lycurgum virginis maturas & virorum appetentes suis legibus despontasse, quod tum congressus, appetente natura, gratia sit benevolentia: que principium magis, quam odij ac metus aduerter viros, si ante tempus violenter comprimitur. Tunc enim corporibus robur ineft ad conceptus, partisque dolores perferendos: perinde atque ob aliud nihil illæ nuberent, quam ad sobolem procreandam. Romani autem (inquit) duodecim annos natas, & iuniores etiam, illas nuptui tradunt. Sic enim maximè & corpus & indolem puram & illibatam viro præstari posse existimant. Itaque illam quidem Lycurgi sententiam ad procreationem prolis magis sequi naturam: hanc autem Romanorum consuetudinem ad vitæ contubernium moribus formandis accommodatiorem esse.

43 ¶ Solon alter Legislator, sed Atheniensium, ea Elegia, quam de decem hominum assignauit, apud Philonem Hebræum lib. ij. de Mundi opificio. Eam Elegiam Li- gorius Latinitate ita donauit:

*Impubes & adhuc infans, cum septa molaris  
Educit primum, septimus annus erit.  
Cumque alios septem Deus huic perfecerit annos,  
Apparent pubis mollia signa noue.  
Tertia mox vestit tenera lanugine malas,  
Heu nimis etatis flos citio pateriens.  
Iam iuuenem virisque facit tibi septima quarta:  
Virtutis profert certaque signa viri.  
Coniugij etas matrum quinta ministrat  
Natorum, & quibus est posteritatis amor.  
Sexta homini mentem cunctos adducit ad vñus,  
Qui queat ingenio rebus adesse suis.  
Septima a mente valer, valet & lingua, & simul isti  
Octaua, ambo amis quattuor atque decem.  
Nona etate etiam magè mollia dicere quibit  
Virtutem ad magnam lingua etiam & sophia.  
Si quisquam ad decime mensuram exegerit annos,  
Intempestiuam non habet ille necem.  
Cuius ætatum diuisionis per hunc septenarium numerum à Solone factæ, meminit etiam Censorinus in lib. de Die natali: sed versus eius non adscriptis.*

44 ¶ Plato autem ille Philosophorum facilè princeps, ad finem libr. vj. de Leg. ita de Et Platonis, hac re loquitur: Nuptiarum tempus sit pueræ à sextodecimo anno in vigesimum: idque sit longissimum tempus ad hoc institutum: masculo à trigesimo ad quintum & trigesimum. Sed & idem lib. iiij. eiusdem operis, eam legem sanxit, vt vxorem quisque à trigesimo anno ad trigesimum quintum ducat. Si non duxerit, pecunia mulctetur & infamia. Idem autem lib. v. de Repub. Mulier à vigesimo ætatis anno incipiens, usque ad quadragesimum pariat: vir autem postquam acutissimum sui cursus vigorem transierit, ab anno scilicet trigesimo usque ad quintum & quadragesimum procreet.

45 ¶ Ceterum Aristoteles, ipsius discipulus, non longè ab eo discedens, maribus circa trig

Aristotelis de  
eadem re sen-  
tentia.

trigesimum septimum annum: pueris circa viij. nuptiarum tempus præscripsit. Aristotelis verba subiecte placuit, ex quibus facilè dignosci poterit ea æqualitatis ratio, quam in ætate viri & vxoris requiri mus. Ea sunt Græcæ scripta in hanc ferme sententiam ex lib. Politicón vij. cap. xvj. Circa coniugia prouidere debet Legislato, qua ætate & cuiusmodi existentes, sunt in matrimonium copulandi. Hoc autem instituere oportet, inspiciendo ad ipsos, & ad vitæ tēpū, vt ætibus in idem tempus concurrant, nec discreper generandi potētia. Viro autem generare adhuc valente, si mulier ipsa concipere non possit, vel muliere quidem ad concipiendum apta, & vir ipse non possit, lites & discordia inter ipsos oriuntur. Ad filiorum quoque suspicionem est inspicendum. Oportet enim, ne nimis distent ab ætate parentum: quoniam nec ipsi senioribus gratiam referre villam possunt, nec parentes filiis alimenta præstare. Nec etiam nimis proximi accedere debent filii. Haber enim hoc turbationem non paruam. Nam minor futura est reverentia huiusmodi filiorum erga genitores, rpotest qui quasi sint æquales: & circa gubernationem domus querelæ ex ista quasi paritate solent prouenire. Insuper vt vnde cœpimus eō perueniamus, vt corpora natorum sint secundum Legislato, voluntatem, ferè quidem hac omnia proueniunt per vnam diligentiam. Nam cum sit finis gignendi vt plurimū viris septuagesimus annus, mulieribus autem quinquagesimus: ita coniugandi ab initio sunt, vt ætibus ad hunc finem concurrant. Est autem adolescentium coniunctio improba ad filiorum procreationem. In cunctis enim animantibus iuueniles partus imperfecti sunt: & feminæ crebrius, quam mares, & parua corporis forma gignuntur. Quocirca neccesse est, hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem coniectura fuerit, quod in quibusunque ciuitatibus confuetudo est, adolescentes mares puellæque coniugari, in eisdem inutilia & pusilla hominum corpora existunt. Præterea in partu magis laborant puellæ ac pereunt plures. Ex quo respōsum oraculi Træzeniæ datum quidam existimant, ὁ τὸν δύο μισθεσθενταί εἰσι τὰ γαμονεῖαι τὰ νεωτέρας, veluti ea causa multis pereuntibus propter immaturitatem nuptiarum. Ad continentiam quoq; vtile est, nuptias fieri seriores: intemperatores enim esse videtur, cum puella Veneri assuefacta, ac masculorum corpora impediunt crescere, si adhuc augente corpore rei Veneræ intendant. Nam eius rei quoddam est determinatum tempus, quod multò amplius excedit. Quapropter puellas quidem circa ætatem xvij. annorum nuptui tradere congruit: masculos vero circa ætatem annorum xxxvij. aut paulò circā. In hoc enim tempore & vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simili aptè desinent procreare posse: & filiorum successio partim erit ab initio eis ætate vigentibus, si rectè procedit statim generatio: partim vero dum iam etas vergit ad annum septuagesimum. Hæc maximus Peripateticæ sententæ conditor.

46 ¶ Ex cuius autoritate æqualitatem in ætate coniugum non ita accipi volumus, vt fint eiusdem per omnia ætatis, sed vt pariter atque eodem tempore desinant posse iugum respectu generare: quod is ita demum fieri autumat, si mas feminam 20. annis, aut paulò finis consideran plus minuvé precedat. Nam & iustam æqualitatem ætatis in vitroque alij quoque da. non recipiunt. Euripides enim in Acolo, apud Stobæum Sermone 6. hæc in cam sententiam scribit:

*Kαὶ οὐ μόνοι πρός νέαν γένεται νέοι.  
Μαρτυρεῖ γέρος ιχθύς μάλλου ἀρρένων μένει,  
Θηλεας δὲ οὐδεὶς θάσος ἐκλεπεται μένει. Id est,  
Malum est, iuuenem uxorem adolescenti coniungere.*

*Diuturnior enim est marium vigor,  
Femineum vero corpus citius pubertate destitutur.*

47 ¶ Sed quod dicit Aristoteles, quinquagesimus annum gignendi finem esse mulieribus, 70. autem maribus, idem ascribit ipse Aristoteles lib. v. de Natura animalium, c. xiiij. vbi tamen subiungit id raro contingere, vt ad eam usq; ætatem possint generare: sed magna ex parte quintum, & sexagesimum annum finem generandi mari-

Femine ad  
50. annum, ma-  
res ad 70. gi-  
gnunt.

bus esse, sc̄eminis quintum & quadragesimum. Quinetiam quod de quinquagesimo anno mulierū dictum est, hoc & probant leges nostræ, in l. si sterilis. D. de acti. emp. & ven. & l. si maior. C. de legit. hære. in quo loco dicunt Fulg. & recentiores, quod ad probandum, mulierem ea ætate peperisse, requiruntur probationes euidentiores, & refert ibi Ang. quod Henricus Imperator, cuius vxor ea ætate cōceperat, voluit ut ea palam pareret, quod omnē suspicionis occasionem tolleret. & de hoc quoque multa. Soci. conf. 126. viſum fuit. col. i. lib. iiij. Idq. etiam aſſerit Plin. lib. vij. cap. xiiij. Dionyſius Halicarnassus li. Antiquitatū Romanarū iiiij. Ad id verò, quod di cit de concubitu, & liberis parentum iuniorū, quadrat quod ſcribit ipſe Aristoteles co. li. v. de Natura animalium, c. xiiij. Nouellorum in omnibus animaliū generibus primam emiſionē ſeminis aut infec̄cūdām eſſe, aut ſi fecunda fit, imbecilliora tamē generare. Tacitus de Morib⁹ Germanorū, Sera, inquit, Venus, eōque inex haūta pubertas: nec virgines festinantur. Eadem iuuentia, ſimilis proceritas, pares validaq. miſcentur, ac robora parentum liberū referunt. Et ante illum Cesar lib. vi. Belli Gallici, Germani, inquit, ante annum vigesimum ſemina notitiam habuiffe, in turpissimis habent rebus. Ex quo ſatis conſtat, apud eos non licuisse vxorem ducere intra annum vigesimum.

**Ex Alberto Magno, etas ad gignendum idonea.**

48 ¶ Nec erit intempeſtiuum, Stagiritani Philosophi rationibus adiicere, quæ Albertus ille Magnus, miradūq; in Physicis rebus, de etate ad generandū idonea ſcribit, & ea quidē ſcīte, līcēt minus eleganter. In li. enim de Animalibus v. traſt. i. c. j. In homine (inquit) eſt exiſtū, & defenſus ſpermatis poſt completionē duorum ſep̄tenriorum: ſed ſperma adhuc eſt modicū, tenue, & aquosum: Conueniens autem eſt, & bonū, in tertij ſep̄tenarij complemēto. Tunc enim vt frequentiū ſtat longitudinis diameter, & corpus incipit ſpiſſari ſecundum diametros latitudinis & profunditatis: & ideo etiam tunc ſperma ſpiſſius, & glandulosius efficitur, eiūsq; calor efficietur calidior, ſuperflu in ipſo exiſtā humiditate: propter quod conuenientius eſt ad generandum. Et in eodem capite, multis interiectis: Homo masculus, circa xxx. annos habēs ſemen perfeſtē maturum, poſt generare ad lxx. annos: & rarō in valentioribus extenditur hæc virtus vſq; ad lxxx. Sed poſt hoc eſt labor, & dolor, & non eſt aliqua virtus generationis, līcēt coēat. Mulier autē concipit, & parit, vſq; ad etatē 50. annorū: & hoc rarō accidit. In paucis enim accidit mulieribus. Inuēta eſt tamen mulier temporibus noſtris in Germania, cuius primogenitus excesſit ultimo genitum, ſpatio xl. annorum. Quod autem frequentius accidit in viris, eſt quod generant vſq; ad lx. vel vſq; ad lxv. annos. Et mulier valida conſueuit eſſe ad partum, vſq; ad xl. vel vſq; ad xlvi. annos, qui ſunt duo arcus minorum coniunctionionum Iouis, & Saturni, vel parū plus. Idem rufus lib. ix. traſt. i. c. i. j. Sperma (ait) conueniens generationi eſt illud, quod eſt ſufficiēt decoctum: & hoc eſt, quod in tertio diſtillat ſep̄tennio, hoc eſt, in anno xxj. à nativitate generantis. Ante hoc enim tēpus vt in pluribus non eſt ſperma completē habens virtutem generandi perfeſtū aliquid in genere humano: quia quamuis in minori etate parētum generētur forēt ex ſpermate eorū: tamen id quod generatur, fit debile, & infirmum, non complens periodū humanae vita. Et poſt pauca: Ut in pluribus autē, mulieres poſt tria ſep̄tennia, conuenienter efficiuntur ad partū, eō quod corpora earū mollia in tanto tēpore maruantur, quod runc eſt quantitas ſpatij coniunctionis Iouis, & Saturni, & vnius anni ſolaris: quia in quantitate tēporis coniunctionis diuarum ſuperiorū ſtellarum, infunditur perfeſtio corporibus indiuiduorū perfeſtorū: & hæc perfeſta virtus infuſa per vim Solis, per ſignorū circuitū reducitur ad agendum, & adunatur virtus eius, vt ſi efficacior: quoniam līcēt fortē aliquis natus nō naſcatur in coniunctionione Iouis, & Saturni, & ideo annus xx. nō terminetur ad iteratā earundē ſtellarū coniunctionē: tamē in tanto tēpore quantitatē rufus vnius coniunctionis perſciunt ſuper generata, & ideo ſunt perfeſta. De iſis tamen in Astronomicis eſt reddenda ratio. Sed hic dixiſſe ad præſens ſufficit, quod in xxj. anno perfeſto, matura eſt ad conciendū mulier, & quæ antē cōcipit, immaturatē concipit, ante tēpus videlicet maturi

turi ſeminis: viri autē indigent maiori tempore, quām ſit iſtud, quoniam corpora corū ſunt calori magis reſiſtentia, & ante tēpus illud, quo perfeſtē matura ſunt corpora virorum, eſt ſperma eorū ſubtile & aquosum: & tale ſperma non eſt aptum generationi perfeſti in genere humano. Sed oportet, quod ſperma ſit glandulosum, & grandinofum, quādō tāgitur, hoc eſt, quod ſit quaſi cōpoſitū ex glandulis, & parti bus grandiniſum mollibus: quia tunc in ſpiſſitudine ciui potest cōtineri fortis, & mul tus ſpiritus, cum virtute formante perfeſtum, & vigorosum partum. Qui ſpiritus cum virtute ſua, neq; eſt in ſubtili ſpermate: & ſi eſſet, euaporaret. Tale autem ſperma grandinofum, non eſt in corpore viri, niſi iam ſit defiſcarum calore iumentutis, & confortatum, & in ſpiſſatum, & exiſcatum iam in ſeipſo ab humore etatis puerilis. Haſtenus ille.

49 ¶ Non defunt tamen, qui dicant, eſtque noſtra etate vulgi opinio, ſatis eſſe, ſi vir mulierem annis decem antecedat. Qua in ſententia fuſſe videtur Abraham ille, vnuſ idēmque primus ex Patriarchis, quem tradunt ſacré literæ annis tantum decem fuſſe Sara vxore antiquiore, vt aperte colligitur ex Genef. c. xvij. vbi Abraham ipſe ita loquitur: Putāne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Quod & annotauit Origenes Adamantius in vndecima, quam ſcripit in Ge neſim, Homilia, paulo poſt initium. Qua autem etate Abraham eſſet, cum Saram vxorem duxit, quāve etate Sara quoque ipſa tunc eſſet, non legimus. At illorum filius, & nepos ſcilicet Isaac, & Eſau quadragenarij vxores duxerunt, Genef. c. 25. & ſeq; ſed qua etate vxores eorum tunc erant, non ſcribitur. Nec tamen omittemus, quod Rabbinus ille, cui nomen fuit Bag. Bag. magni apud Hebreos nominis, inter plurima documenta illud quoque adſcribit, vt decem, & octo annos natus filius vxorem duceret, ad vitandam ſcortationem. Cuius rei nos admonuit ornatiſſimus olim noſtri Decurię p̄aſes, nunc ſacratiſſimus Niueorū Epifcopus, quem hic honoris gratia nomino.

*Aliorum de ea reſententia.*

*Abraham uxo re annis 10. ſenior.*

50 ¶ Nec interim omittendum cenuimus, quod ad confirmationem eorum, quæ ſu prā diximus de iuniorum Venere & proliferatione, ſcripit Aristoxenus Pythagoricus in Florilegio Stobæi cap. xcix. Grācē quidem, ſed in hunc ſenſum, ex tradu ctione Conrardi Gesneri: In vniuersum quidem cauendam eſſe præcocem Venere. Nam neque in plantarum, neque in animalium genere, quæ præcocia ſunt, fecunda fieri, ſed certo tēpore ad fructificandam facultatem præparari, quod corpora ipſorum roborata & perfeſta, ſemina & fructus proferre valeant. Multas autem res eſſe, quas fieri diſiicieſſe præſtarer: quale & opus veneſeum eſt. Quapropter oportet pueros ita corporibus exerceri, & occupari, vt non modō Venerem non quarant, ſed, ſi fieri poſſit, intra vigesimum annum prorsus ipsam ignorent. Quin & ea etate rara Venere vtendūm eſſe. Hoc enim & ad parentum, & ad generandæ prolis bonam habitudinem multūm conducere.

*Aristoxenienſtentia de tem porē coeundi.*

51 ¶ Ex his autem, quæ ſuprā diximus, facilē intelligis, omnium ſententia, virum etate vxorem præcedere debere. Quanquam Homeruſ teſtis eſt libro quarto Iliados, dīor Ioue ma Junonem fuſſe Ioue marito natu grandiorē. Ita enim loquentem facit ipsam rito.

*Kai με πρεσβυτάτων τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης*

*Αὐρότερον γενεῖ τα, & que ſequuntur.*

Cui concinens Ouidius libr. vi. Faſtorum, hæc eam dicentem quoque inducit:

*Si genus aſſicitur, Saturnum prima parentem*

*Feci: Saturni fors ego prima fui.*

Vt non ſine magno ac inſigni exemplo nonnulli hodie ducant uxores annis ſe maiores.

*Iuno etate grā*

*dīor Ioue ma*

*Junonem,*

*Και με πρεσβυτάτων τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης*

*Αὐρότερον γενεῖ τα,*

*& que ſequuntur.*

52 ¶ Ego vero (vt tandem redeam, ac caput hoc concludam) magis accedo Aristotelis au toritatem.

## IN SEPTIMAM LEG. CONNV.

cuius autoritas, cum in omnibus, tum verò maximè in rerum naturalium cognitione, omnium est maxima. Ideoq; Ang. nosfer con.pe. Sanctissima, & illustrissima domina, illum principem Philosopherum non iniuria appellat. Quin & Iurisconsultus Iulianus haud grauatè illum testem citavit, in l. si pater. D. de solut. Proinde & ceteris legibus hanc adiungemus,

Sexta Lex con  
tributis.

VIRGINES, EASDE M QVE PVELLAS VXORES DVCVNTO.  
VIDVARVM VERO, ATQVE SENIORVM, NVTIAS FVGIVNTO.  
SENIORES TAMEN VIRI VXORES IVNIORES NE DESPONDENTO.  
SED AEQUALITATEM EA IN RE, VT IN CAETERIS, SECTANTOR.  
VERVM EAM NON ANNIS, SED GIGNENDI FINE, METIVNTO.  
DENIQVE MARES XXXVI. PVELLAE XVIII. ANNORVM, AVT CIR-  
CITER, NVTIIS ADDICVNTO.

## IN SEPTIMAM LEGEM CONNV- BIALEM, GLOSSAE PRIMAE PARS SEPTIMA.

3

I  
vxores bonis  
parentibus, &  
natione nō in-  
famata, eligen-  
de.



ED PENE excidit, quod fortè primo loco monerē debuimus, ut videlicet vxores nobis deligamus, qua probis honestisque parentibus nata sint, atque etiam ex patria, quæ fœminas humiles, & pudicas ferre solet. Nam quod ad parentes pertinet, eius rei nos satis monuit nosfer Iuris interpres, quem summum in Gallia magistratum gessisse nonnulli, sed erranter quidem, ferunt. Is est Io. Fab. qui in rub. Insti. de nupt. inter cetera, quæ (sicut alibi diximus) ei esse præcipue attendenda monet, qui se matrimonio mancipare voluerit, illud non prætermisit, vt vxorem ducat boni, pacifici (vt ipse loquitur) & fidelis generis; quia vt plurimum videmus (quemadmodum & ipse dicit) non solum labem sanguinis, sed & morum quoque, ad posteros deriuari.

2 ¶ Quæ sententia certè verissima est. Nam tametsi sua cuiq; mens est, diuino creato arbitrio, pler. & que tamen sunt animi vires, quæ simul cum corpore à parentibus transfunduntur in filios. Sic enim natura comparatum est, vt cum Ficino loquamur, vt corpus, & anima proportione quadam harmonica congruant, motuque corporis in animam, sicut & anima in corpus, (quod Medici adstruunt, & alibi in nostro tractatu Nobilitatis, quo in loco de Medicina differuimus, latè comprobavimus) facillimè, & vehementissimè penetrant. Ideoq; quanquam non educitur anima filij aut à corpore parentis, aut ab anima, ex orthodoxorum sententia, vt & nos alibi latius diximus: tamen corpus tale, & cum tali quadam proclivitate, à tali quadam corpore parentis educitur. Si vias aceras comedenter patres, & dentes filiorum obstupuerint, vt scribitur Hiere. 3 o.c. Porro proclivitatis illius corporis anima ob cognitionem quandam affectumque erga corpus proprium, particeps quadam modo redditur, præsertim secundum vim eius inferiorem, qua corpori propinquat, multumque consentit. Deinde vis superior animæ naturali quadam amore, inferiori sape obsequitur ferme, sicut illa corpori. Obsequitur (inquit) ferè similiiter, sed non aquæ. Motus enim, qui in anima actio est, fit in corpore passio: qui in corpore passio est, fit in animo sensus, atque compassio. Ad hæc, filij ipsi parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem morésque deducuntur. Nam cum omnia adolescentes, quæ oculis excipiunt, simiarum instar imitantur, fit sanè, vt quæcumque à parentibus maximè, quorum præsentior est, & assidue conuersatio, fieri viderint, ad vnguem etiam facere nitantur, & se se assuecant: assuefactique demum (tanta est vis consuetudinis) perpetuò ita, vt primò imbuti fuerint, quasi secretriore quadam vi agente, perseverant: vt eleganter scripsit ille educationis liberorum præceptor eximius.

¶ Prop

## GLOSSAE PRIMAE PARS VII.

105

3 ¶ Propterea, vt testatur versus nostris omnibus obuius,  
Sepe solet similis filius esse patri.

Quem citat glo. in l. quod si nolit. §. qui mancipia. D. de adil. edict. & in l. quisquis. Filii similes p. in verbo, in quibus. C. ad leg. Iul. Maie. vbi & in eam rem est bonus text. in hæc verba, In filiis, paterni criminis exempla metuntur: & glo. in authen. de refe. fac. pal. ad fin. vbi est quoque bonus text. & in c. venerabile, super verbo, progenitores. & ibi etiam Panor. col. iiiij. de elec. & in c. j. lvj. dist. quæ dicit hanc vnam caussam esse, quare filii presbyterorum non promouentur: & glo. in c. item si quis cum militibus. Filii presbyte- rorum cur non rorū promoueatur. vj. q. & ibi etiam rex. & in c. vlti. de conse. dist. vlti. & in c. ij. super verbo, defec̄tu, de fili. presbyt. lib. vj. quæ & illud quoque dicit, hac inter alias ratione, spurious sacris. Spurijs cur sā non initiari. Et facit quod voluit glo. in l. cūm vnu. in p̄tinc. in verbo, domum. D. cris non initie de aliis. & ciba. leg. & Cy. in l. in bona fidei. in vj. quæst. C. de iureu. & Bal. in l. j. ad fi. tur. C. de loca. & in l. si quos. in fi. & ibi Angel. C. de capti. & idem Bald. confil. 95. regula iuris est. col. j. lib. j. & Alberi. loquens in filio calumniatoris, in l. si cui. §. j. num. 2. D. de accusa. & Fran. Aret. in l. iubemus. in fi. C. de aduo. diuer. iudi.

4 ¶ Hinc illud sapientia iij. de impiis, & iis qui sapientiam abiiciunt: Nequissimi filii eorum, quasi nequissimorum nequissimi sint etiam filii. Et hoc quoque alludens Ezechiel c. 16. Radix tua, & generatio tua de terra Canaan: pater tuus Amorrahæus, & mater tua Hettaea. Loquitur enim ibi de Iudeis Hierusalem habitantibus, quibus parentes non erant eiusmodi, sed quia mores eorum imitabantur, eos dicit ab eis generatos. Et hoc Esdras facer ille scriptor, non illepidus similitudinibus insinuat lib. 4. c. 9. Qualis ager, talis & femina: & quales flores, tales & tinturæ: qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis & cultura. Utque alibi scribitur Matt. 7. atq; Luc. 6. non potest arbor mala, bonos fructus facere, neque arbor bona, malos fructus facere. Cuius sententia principium citat glo. in d. §. qui mancipia. Nec minus eleganti figura Theognis:

Ὥντε γέρε ἐκ σπιλης ἁρδα φύεται τοῦ νάκινθου  
Ὥντε πτλὲ ἐκ σπληνος τίκνου ἐλευθέρου.

Non enim ē squilla rosa naſcitur, aut hyacinthus,  
Sed neque ab ancilla filius ingenuus.

Nec absimili forma Horatius lib. Carminum iiiij. Ode item iiiij.

Fortes creantur fortibus & bonis.

Esi in iuueniis, est in equis patrum

Virtus: neque imbellem feroce

Progenerant aquile columbam.

5 ¶ Sed & sine figura huiusmodi sententiam, tanquam prouerbio celebrem, Euripi- De eadem re.  
des extulit apud Antonium Monachum, Melissæ tom. ij. cap. lxxix. & apud Sto- Prouerbiū.  
bæum cap. lxxxvii.

Φοῖ φῦσι, πατλαῖσι ἀνθρώποις λεπτοῖς ἔχει.

Οὐκ ἀντί ψύχοις ἐκ λακοῦ πατόσι.

Id est,

Heu heu, vt illud dictat recte, probum

Patre ab improbo non posse nasci filium.

Et apud eundem Stobæum cap. lxxxvi.

Τοσσούδε πατλαῖσι σωφρονοῦσισι ἐπίστεμα,

Χρηστοῖς δὲ ὄμιλοισι ἐνστέψησι κακοῖσι.

Πάθει ἀντί τοιοῦδε σωματοῖς λακοῖς

γρύοις ἀγριοδεισι τοσσούδε μὲν πάθοις ποτί.

Id est, vt verit Gesnerus:

Hunc ego puerum tant'a modestia preeditum noui,

Et cum bonis conuersando pietatem coluisse.

Quo pacto igitur ex tali homine malus

Nascetur nullus hoc mihi persuadebit unquam.

§ 3

IN SEPTIMAM LEG. CONNVB.

6 ¶ Et Aristoteles lib. Politicōn j.c.iiij.ex quorundam sententia ait, Sicut ex hominibus hominem, & ex bestia bestiam, sic ex bonis bonum generari. Et libr.iij.c.vij. Consentaneum est (inquit) ex melioribus ortos, esse meliores. Et rursum in Præceptis Rhetorices de causis ciuilibus: Nemini est obſcurum, qui ex bonis clarisque parentibus natū sunt, eos consentaneū fieri suis majoribus non diſsimiles. Et lib.iij. Rhetoricorum ad Theodecētū: Veriſimile est (inquit) probum ex probis, & bene educatum, in probum virum euafisse. Et Cicero in Oratione pro Rofcio Comedo: Nemo ex improbo patre probum filiū nasci posse exſtimaret. Et Fabius Quintilianus lib.v.de argumentis ſcribit, argumenſa ſepe à persona, & genere eſſe ducenta. Nam ſimiles parentibus ac maioribus suis filiū plerūq; creduntur, & nonnunquam ad honeſtē turpitēr que viuendum inde cauſe fluant. Diogenes Cynicorum princeps, cūm ebrium in foro vidifet, illius (inquit) pater ebrius fuit. Autor Laertius. In quam ſententiam Martialis miratur, quod filia ebriosi, biberet aquam, cūm inquit lib.vj. Epig. ad Catulum:

Miror, quod Baſi filia potat aquam.

7 ¶ Suntque & in eam rem multa antiquis celebrata prouerbia: quale illud eſt, Malici corui, malum onum. Cuius meminit Gellius libr.v.cap.x. Et illud Homericum, E queru, ē ſaxis natū, lib.Odyſſea xix.

Οὐ γάρ ἀπὸ θύντος ἐστὶ παλαιότερος, δὲν ἀπὸ πέτρου. Et lib.xxij.Illiados:

Οὐ μηδὲ τῶν νῦν διὰν ἀπὸ θύντος, δὲν ἀπὸ πέτρου.

Et Hesiodus lib.jeius operis, cui titulum ſecit, ἔργα μῆτρας, id eſt, opera & dies, homines natos fingit ἐν μελῶν. id eſt, fraxinis, vt ſignificet duritatem, & feritatem animalium. Vnde & illud Virgilianum lib.viij.Aeneidos:

Gēnsque virūm truncis, & duro robre nata.

Quem ſecutus Ouidius in Epiftola Didūs ad Aeneam,

Tē lapis, & montes, innatāque rupibus altis

Robora, te ſeuē progeniere fere.

Et Iuuenalis Satyr.vj. ſtatim poſt principium:

Vriebant homines, qui duro robre nati. &c.

Et Statius Papinus lib.iiiij.Thebaidos:

—O ſaxis nimirum & robore nati.

Vbi Laſtantius Grammaticus interpres ſcribit, ad originem conuenire animum. Et idem autor lib.j.Syluarum in Epithalamio Stellæ & Violantilla:

—Duro nec enim ex adamantē creati,

Sed tua turba ſumus.—

Illud item Quintilianni, Generofioris arboris ſtatim planta cum fructu. & alia id genus infinita. Illud quoque Theocriti Idyllio xvij.

Ἄχτε τοῦ νοῦ συνεῖ, λεκάνης αὐθέρεμα λεκάνες.

Δεῖν τοῦ. — Id eſt, ex Eobani, vt reor, traduotione:

Dure puer, quem crudeles peperere leane, Saxeſ ſeue puer.—

Sed & illud Ariftophanis in ea fabula, cui ὄρνιdes, id eſt, aues, titulus eſt, ſtatim poſt principium,

Τοῦ ἔωντος ὄρνις ἐγγύναος ἐν τῷ δρεπῷ.

Hoc eſt,

Vpupam progeniuit auis ex auibis.

Varro autē vni ex Menippeis hunc titulum indidit. Partris eſt filius, ex qua Satyra illum citat Nonius Marcellus. Traditq; Philoſtratus in Aristide, Sophistā quem-piam eo velut prouerbio notaſſe Alexandrum, quod patris ambitionē imitaretur.

8 ¶ Ex quibus illud procedit, vt præſumatur filius eſſe eiusdem volūtatis, & affectus cum patre. liſt operarum iudicio. D. de ope.libe. & ita dicit per illum text. Bal. in llii. et affectus eſt bertī. col.j. vers. op. iiij. C. co. & ante cum voluerat Bart. in traſta. de Guelfis & Giſſidem cum pa-bellinis, colum. iiij. vers. circa quartum, per not. in d.l. quisquis. C. ad leg. Iuli. Maiest. tre eſſe preſuſ Propterā non inſcienter Albert. Gānd. in traſta. male. titu. de præſumpt. & iudicis mitur,

dubi

GLOSSAE PRIMAE PARS VII.

106

dubitatis.col.iiij.vers. præſumptio enim natura eſt, monet, vt parentum eius, qui accusatur, mores conſpiciuntur, vt proinde etiam ſciamus, quibus ſit ipſe accula-tus moribus. Nam qui bonos habuit parentes, bonus: qui malos, malus præfum-i-tur, per aliquot ex iuriis ſuprà citatis. Et pulchrè dicit Ang. in l.fugitiui.C. de ſer-fug, quod ex eo quis præſumitur transiuiſſe ad hostes, quod natus eſt ex progenie eo nomine infamata. & ſequitur Barb. confi.34.præclarè optimus.col.xvij. versi-ſimo ſacratiſſimus.lib.ij. & Io. Neuiz. inter con. Alber. Bru.con.12. patres comedē-runt.col.x. Et hos quinque poſtremos versi. vii erant ante ſuperiorem editionem, Chaffenei fur-tum.

9 ¶ Nec tamen illud ſubricebo, fuſſe nonnullos improborum ſcleratorūmque pa-trum filios probiſſimos, vt è diuerso probiſſorum improbiſſimos. Quis enim neſcit illud Virgilij libr.vij.Aen.

Contemptor Diuīm Mez entius.—

Et tamen is habuit filium Laufum talem, qualē paulo poſt deſcritibit:

—Dignus qui letor eſſet

Imperijs, & cui pater haud Mez entius eſſet.

Sed tamen id adcō rarum eſt, vt non aliud quippiam magis. Eſi ſcio apud Home-ruſ liber.ij. Odyſſea, Mineruam illud grauerit dixiſſe:

Γαῖας γάεσοι πᾶσας ὄμοιοι πεπτοὶ πέλονται.

Ωἱ πλεονες λεκίσσι, παῖδες δέ τε πεπτοὶ φέρενται.

Quibus ſignificatur, paucos virtutibus parentum respondere: plures autem illis peiores, paucos meliores eſſe.

10 ¶ At illud veriſimum eſt, filias plerunque mores matrum repræſentare ſolere. Ne- Filie matrum que enim veriſimile eſt, vt filia ſtatiu ab incunte ἀτate turpibus matris moribus mores imita-na imbuta, honestatem in grandiori ἀτate ſeſtetur: ad quam tantum abſuit vt mater tur-cohortaretur, vt etiam ab ea magis, & exemplo dehortaretur, & verbo. Id quod intellexit Iuuenalis ſcribens Saty.vj.

Scilicet expectas, ut tradiat mater honestos,

Aut alios mores, quam quos habet:—

—Vtile poro

Filiolam turpi vetule producere turpem.

—Expectas ut nos ſit adulteria, Largē

Filia, que nunquā maternos dicere mēchos

Tam cito, nec tanto poterit contexere curſu,

Vt non ter decies reſpire:—

Sic natura inbet: velocius, & citoſ nos

Corrumptūt vitiorum exempla domētica, magnis

Cum ſobeam animos autoribus:—

Et Diuī Ambroſius lib.iij.de virginibus, loquens de Herodiade: Quid potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris? Ideoque Ezechiel Propheta de-cantatiſſimus c.16. Sicut (ait) mater, ita & filia cius. Et in hanc ſententiā gloſ. in d.c. ſi quis cum militibus.vj.q.j. adducit verſum vulgarem,

Inſequitur leuiter filia matris iter.

Vnde & Virgilius in Bucolicis Ecloga j.

Sic canibus catibus ſimiles, ſic matribus hædos Noram.

Cuius autoritate Columella lib.iiij. rei rustica, Nihil (inquit) dubium, quin ipsa natura ſobolem matri ſimilem eſſe voluerit. In idque alia quādā ſcribit, trahitque etiam ad vineta.

11 ¶ Et hoc quoque reſpicit, quod ſcribit Horatius lib.ij. Carminum, Ode iiiij.

De eadem re.

—Neque ſic fidem

Sic lucro aduersam potuisse naſci

Matre pudenda. Quaſi diceret, talis non eſſet, ſi matre impudica nata fuſſet.

s 4